exquisita tormenta subire vt pereas. Et illa Quecūq; tormēta potes cogitare ne differas. q; carnē & sanguinē meū xpō offerre desidero. sicut & ipe p me seipm obtulit. Ipe eī deus me⁹. amator meus. pastor & sponsus vnic⁹ meus. Tūc q̄dam pfectus furēti regi suasit vt infra triduū q̄tuor rotas serris ferreis & clauis acutissimis circūseptas pparet. vt eam taz horribile tormētū dissecaret. & ceteros xpianos tam dire mortis exemplum terreret. Ordinatūq; est vt due vno ordine volurent. due aūt pprio impetu agerentur vt ille deorsū lacerādo pberent. ille repugnantes sursuz deorando impingerēt. Tūc beata ygo dnm exorauit. vt ad laudez sui nois & puersiōem populi circūstantis. ipam machinā dissiparet. Et ecce angel⁹ dni molaz illam cū tanto impetu diuellēdo pcussit. q; q̄tuor milia gentiliū interemit. ¶ Regina āt que dsup hoc aspiciebat. & vsqz tūc se celauerat. statim descendēs impatorē de tanta seuicia duriuſ increpauit. Rex aūt furore repletus cū regina sacrificare ptēnerz. iussit eā extractis pus mamillis decollari. Que cū ad martiriū duceret. katherinā rogauit vt p se dnm pcaret. Que ndit. Mea tu meas a deo dilecta regina. q; tibi hodie pro trāsitorio regno pmutabit eternū. & p mortali sponso tibi imortalē acqres. Tunc illa pstans effecta tortores hortabat. ne q̄d iussi fuerāt facere morarent. Ministri igit extra ciuitatē eaz ducentes. ferreis hastilib⁹ mamillas eius euellūt. & post caput ei⁹ pcidūt Cuius corpus Porphiri⁹ rapiēs sepeliuit Seq̄nti die cū de corpe regine q̄stio fieret et multos ex hoc ad suppliciū tiran⁹ ptrahi iuberet. Porphirius prumpēs in mediuz exclamauit. Ego sum q̄ xpi famulā sepeliui et xpi fidē recepi. Tūc maxenti⁹ amens effectus. rugitū terribilem emittēs exclamauit O me miser & oībus miserandū. Ecce porphirius qui erat vnic⁹ aīme mee custos. et totius laboris solatiū deceptus ē. Hō cum suis cōmilitib⁹ referret. illi ptinus ndērūt Et nos xpiani sum⁹ & mori pati sum⁹. Tūc cesar furore ebrius precepit omnes cuz porphirio decollari. & corpora eorum canibus dimitti. Deinde katherinā aduocans ait. Quamuis arte magica reginam mori feceris. si tamen resipueris prima in palatio meo eris. Hodie igitur aut dijs sacrificia offeres aut caput amittes. Cui illa. Fac quecūq; animo concepisti. paratam enim me videbis ad omnia sustinēda. Data igitur super eam sententia. decollari iubetur. Que cum ad locū deducta fuisset. erectis in celū oculis orauit dicens. O spes & salus credentium o decus & gloria virginuz Ihesu rex bone. obsecro te vt quicunq; passionis mee memoriam egerit. seu in exitu anime sue vl' in quacūq; necessitate me inuocauerit. tue propiciationis cōsequatur effectum. Facta q; est vox ad eaz dicens. Veni dilecta mea. spōsa mea. ecce tibi celi ianua est aperta. Nam et hijs qui passionem tuam deuotis mentibus celebrauerint. optata pūsidia promitto de celis. Deinde cū decollata fuisset. de eius corpore pro sanguīe lac emanauit. Angeli autez corpus eius accipientes. ab illo loco ad montē sinai itinere plusq; dieruz viginti deduxerūt. & ibidem honorifice sepelierūt Ex cuius ossibus indesinēter oleum emanat. Quod cunctorū debilium membra sanat. Passa est aūt sub Maxentio siue maximiano tiranno. qui cepit circa ā nos domini. cccx. Qualiter autē Maxentius pro hoc scelere & alijs que commisit punitus fuit. in hystoria de inuētione sancte crucis habetur. ¶ Dicitur q; quidam monachus rothomagensis ad montez sinai perrexit. ibiq; p septem annos in fuitio beate katherine deuotus permansit. Quaz cum instantius exoraret. vt aliquid de corpore suo haberе mereretur. subito irrupit de manu illius vnus articulus digitoz. Qui donum dei letus recepit & ad suuz mōasterium deportauit. ¶ Fertur quoq; q; dum quidaz beate katherine deuotus existeret. et eam crebro in sui adiutoriuz inuocaret. per processuz temporis mentis incuria resolutus. et deuotionem mentis perdidit. et ab ipsius inuocatione cessauit. Qui in oratione positus vidit multitudinem virginum ante se transeūtium. Inter quas vna erat que

De sancta katherina.

ceteris splendidior videbat Que cū sibi appropinquasset.faciē suam opuit.z sic ante ipsius facie velata transiuit.Cuius splendorē cū ille nimiū miraret.z que eēt interrogaret.vna ex eis ei rñdit.Hec est katherina quā olim cognoscere solitus eras,nūc aūt qz eam cognoscere nō videris.corā te sic velata facie tā ḡm a te incognita piransiuit ¶ Notādum qbtā katherina mirabiliter apparuit in qn qz. Primo in sapientia. scdo in eloquētia. tercio in cōstantia.qrto in mūdicia castitatis.quinto in priuilegio dignitatis. Primo admirabilis apparet in sapia. In ipa enim fuit omīs species phie. Philosophia enim siue sapientia diuidit in theoricā practicam et logicā. Theorica diuidit ꝑm qsdam in tres. scz in intellectualē.naturalē z mathematicam.Hanc igit bta katherina sapiam intellectualē in cognitōe diuinoꝝ q maxime vsa est in disputatiōe cū retbores quib⁹ vnuz solum deū verum esse probauit. et deos oēs falsos esse convicit. Secundo naturalem in cognitōe oīm inferioꝝ q maxime vsa ē in disputatiōe cū impatorē sicut patet ibidem. Tercō mathematicā in cōtemptu terrenorum.hec eiz scientia ꝑm Boeciū speculatur formas sine materia in abstractōe. Hāc beata katherina būit qñ animū suuz ab omi materiali amore abstraxit. Hanc enī se brē oñdit cū impatori interroganti rñdit. Ego enī sum katherina costi regis filia.que q̄m tuis in purpura nata ꝛc. Hac maxime vsa ē cum reginā ad cōtemptū mundi z despectū sui z desideriū regni etni animauit. Practica aūt diuidit in tres.scz in ethicam. yconomicā.z publicā siue politicā. Prima docet mores informare.z se vrtutibus exornare.z ptinet ad omēs. Secunda docet familiam bñ cōponere.z ptinet ad prēsfamilias. Tercia docz vrbes z pl'os z rēpublicā bñ regere z ptinz ad rectores vrbiū .Hāc etiā triplicem sciam būit bta katherina. Primaz enī būit cū se oī mor honestate cōposuit. secundā cum familiā suā q sibi mag relicta fuit laudabiliter rexit.terciā cū impatorē sapienter instruxit. Logica diuidit in tres ptes.scz in demōstratiuā.pbabilē z sophisticā Prima ptinet ad phos. secunda ad retbores z dyaleticos.tercia ad sophistas. Hāc etiam triplicē sciam habuisse videt.cum ō ea scribit. Per varias cōclusiōes silogismoruz allegorice.z methonomice diserte z mistice multa cū cesare disputauit. Secdo fuit admirabilis in eloqntia.Habuit enim eloquētiā facundissimā in pdicando. sic pz in suis pdicatōibus. Disertissimā in rōem reddendo.sicut patz cum dicebat impatori Miraris hoc templū manu artificū fabricatū. Suauissimā in attrahēdo.sicut patet in Porphirio z in regia qs eloquij sui suauitate ad fidē attraxit. Efficacissimaz in cōuincendo.sicut patz in retborub⁹ qs taz potenter convicit. Tercio in cōstantia. Fuit enī cōstantissima in minis illatis.qa ipas cōtēpsit. Vñ impatori sibi mināti rñdit. Que cūqz tormēta potes cogitare ne differas.qz carnē z sanguinē meū xpō offerre desidero Item. Fac quecūqz animo concepisti.paratā enī me videbis ad oia sustinēda. Secundo in donis oblatis.qz ea respuit. Vñ cuz impator sibi ꝓmitteret.q eam in palacio secūdaz brēt.respondit. Desine talia dicere q scelus est et cogitare ꝛc. Tercio in supplicijs irrogatis.quia ea supauit. Sicut patet cuz fuit posita in carcere z super rotam. Quarto in mūdicia castitatis . Seruauit enim castitatez inter ea inter que castitas periclitari solet.Quinqz enī sunt in qbus castitas periclitat.scilicz affluentia resoluens. oportunitas inducens.iuuent⁹ lasciuiens. libertas effrenans.pulcritudo alliciens.. Inter hec beata Katherina castitatem seruauit. Habuit enim maximā affluentiam rerum vtpote que tam ditissimis parentibus successit. Habuit oportūitatē vtpote que sicut domina tota die inter suos famulos versabatur. Habuit iterum etatem iuuenilem. Item sui libertatē.quia sola z libera in palacio remansit. De bijs quattuor dict supra Katherina cum eēt annoꝝ.xviij.in palatio diuitijs z pueris pleno sola remansit. Habuit etiaz pulcritudinē. Unde dicitur quia erat speciosa valde z incredibili pulcritudine omniū oculis admirabil' videbatur.

Quinto in ꝓuilegio dignitatis. Quedã enī ꝓuilegia ſpecialia fuerūt in aliq̃bus ſanctis dū decederēt. vt xp̄i viſitatio q̄ fuit in ioh̃ane euãgeliſta. olei emanatio q̄ fuit in btō nicolao. lactis effuſio q̄ fuit in btō Paulo ſepulcri ꝓpatio q̄ fuit in btō clemẽte. petitionū exauditio q̄ fuit in btã margareta. qñ orauit p agentib⁹ ſui mẽoriã. Hec autẽ oĩa fuerunt in btã Katherina. ſic̄ p3 in legenda

Dubitatōem aũt hz apud aliq̃s vtrum a maxentio vel a maximino martirizata ſit Tũc enī tres impiuz tenebãt. ſ. Oſtãtinus q̄ ex patna ſucceſſiõe impiũ ſumpſit. z maxentius maxiani filius a ꝓtorianis militib⁹ rome augustus appellat⁹. z maximin⁹ in oriẽtis ꝓtibus ceſar effectus. Scõm aũt croniꝯ cas maxẽtius rome. maximin⁹ vo in oriẽte Xp̄ianos tirannidẽ exercebat. Videt ergo vt aliq̃b⁹ placet q̄ vicio ſcriptoris ſit factuz vt p maximino maxẽtius poneret.

CLXVIII

De ſancto ſaturnino.

Saturnin⁹ ab apoſtolox diſcipul⁹ eps ordinat⁹ in vrbem tholoſanã directus ẽ. Cũ aũt ipſo ingrediẽte demões a reſpõſis ceſſarẽt. vn⁹ gẽtiliũ dixit. q̄ niſi Saturninũ occideret a dijs ſuis nil penit⁹ obtinerẽt. Apprehẽdentes igit̄ ſaturninũ nolentẽ ſacrificare ad pedes thauri ligauerũt. eũq3 ſtumul⁹ agitãtes a ſũma arce p grad⁹ capitolij p̄cipitauerũt. Dicq3 capite ꝑfracto z cerebro excuſſo martiriũ felicit cõſũmauit. Cui⁹ corp⁹ due femie rapiẽtes in ꝓfundo loco ꝓpt̄ metum gentiliũ cõdiderũt. Qõ poſtea ſucceſſores eius ad locũ reuerentioꝛẽ trãſtulerũt. Fuit z ali⁹ ſaturnin⁹ quẽ rome p̄fectus diu in carcere maceratũ in eculeũ leuari z neruis fuſtib⁹ z ſcorpionib⁹ cedi fecit. Deinde lateribus aduſtis depoſitũ de eculeo decollari p̄cepit circa ãnos dñi. cclxxvij. ſub maximiano. Fuit z alius ſaturnin⁹ apõ affricam fratꝛ ſci Datiri. q̄ cũ p̄dicto fratre ſuo z reuocato. z Felicitate ſoꝛoꝛe dicti reuocati. nec ñ et cũ ꝓpetua genere nobili martiriuz paſſ⁹ eſt. Quoꝝ paſſio alio tpe potiſſimũ recolit

Cum ergo pconſul eis dixiſſet vt ydol̄imolarent z illi nullaten⁹ aſſentirent. in carcerez miſſi ſunt. Qõ videns pater Perpetue ad carcerẽ flens cucurrit dicens. Filia q̄d feciſti. de honeſtaſti genus tuũ. Nunq̃z aliq̃s de genere tuo in carcerẽ miſſus fuit. Cũ autem audiſſet q̄ xp̄iana eſſet. in eam impetu cum digitis ad oculos irruit. et ei oculos eruere voluit. z exclamãs egreſſus ẽ. Vidit autẽ beata Perpetua huiuſmodi viſionẽ quã in craſtino ſocijs enarrauit dicẽs. Vidi ſcalam aureã mirabili altitudie vſq3 ad celum erectam. que adeo angusta erat vt non niſi vnus z puus aſcẽdere poterat. In dextera vo z leua erant fixi cultri z gladij ferrei limati et exacuti. ita vt aſcendens circa vel infra ſe nullaten⁹ reſpicere poterat. ſed ſemper ad celum eũ erectũ ſtare oportebat Sub ea draco teterrimus z ingẽtis forme iacebat. et pre timoꝛe quilibet aſcendere foꝛmidabat. Vidi etiaz Saturum p eam aſcẽdentem vſq3 ſurſum z reſpicientẽ ad nos z dicentem. Ne timeatis hũc draconem. ſed ſecuri aſcendite vt mecuz eſſe poſſitis. Hec audientes omnes gratias egerunt. quia ſe ſe vocatos ad marturiuz cognouerunt.

Ꝑſentati igitur iudici cum ſacrificare nollent fecit Saturninũ cum aliſ viris a mulieribus ſeparari. et dixit Felicitati Habes virum. Et illa. Habeo ſed ꝓmemno. Cui ille. Miſerere tui puella. vt viuas maxime cum infantẽ in vtero habeaſ. Ad quẽ ait. Fac de me quidquid vis. quia ad volũtatem tuam nunquaz me trahere valebis. Parentes autẽ beate Perpetue cuz viro accurrẽtes. infantem paruulũ beate Perpetue qui adhuc lactabaſ adduxerũt. Et videns eam pater ſtantez ante pꝛefectum cadens in faciem dixit. Filia mea dulciſſima miſerere mei. z bui⁹ meſtiſſime matris tue et huius miſerrimi viri tui. qui poſt te viuere nõ valebit. Perpetua vero immobilis ſtabat. Tũc pater filium ad collũ eius iactauit. et ipe z mater z marit⁹ eius manus tenẽtes z flentes oſculabanꝫ eam dicentes. Miſerere noſtri filia z viue nobiſcũ. Illa proijciẽs paruulum. z illos repellens ait

De sancto Jacobo intercisso.

Discedite a me inimici dei mei qr nō noui vos. Uidēs vo pfectus eoz pstantiā diuinissime vberatos in carcere posuit. Sācti vo dū plimū mesti eēnt ō felicitate q octo iam mēsib9 pgnās erat, pea orauerūt. r dolores ptes subito i eā irruerūt. pepitqz filiū viuū. Quidā vo ō custodib9 dixit ad eā Quid facies cū añ pfectū veneris. si nūc tā guiē cruciaris. Rndit Felicitas. Hic ego p me patior. ibi p me deus patiet. Extracti igit de carcere. ligatis p9 tergū mānib9. r nudatis natibus p plateas ducūt. Et dimissis bestijs. saturus r ppetua a leōib9 deuorāt. reuocat9 r felicitas a leopdis comedūt. Bis vo saturninus gladio capite trūcat. circa ānos dñi cclvj. sub valeriano r galiēo impatorib9.

CLXIX.

De sancto Jacobo intercisso.

Iacobus martir cognomēto intcisus. nobil' genere. sz fide nobilior. ex regione plaz r ciuitate elape oriūd9 fuit. hic ex xpianissimis pentib9 ort9 ē. r vxorē xpianissimā būit. Erat qz notissim9 regi plaz r inē optimates pmus. Accidit āt vt a pncipe nimio amore seduceret r ad colendū ydola flecteret. Hec āt mat r vxor audiētes. primus sibi scripserūt dicētes. Obediēdo mortū ō seruisti eū q vita est. placēdo future cito putredini deseruisti sempitnum odorē. vitatem in mēdaciū pmutasti. r mortali obtēperās vinoruz ac mortuoz iudicē reliqsti. Noueris igit nos amodo a te futuras extraneas nec tecū de cetero aliqtenus moraturas. Cum aūt ba3 lrās iacobus legisz. amare flēs ait Si mat mea q me genuit. r vxor mea a me extranee facte sunt. qnto magis a me extraneus factus ē deus me9. Cuz ergo p errore suo se plimū afflixisset. nunci9 veit ad pncipem q diceret iacobū xpianū eē. Quez princeps aduocās ait. Hic mihi si nazaren9 es Cui iacob9. Etiā nazarenus sum. Et ille. Ergo mag9 es. Cui iacobus. Absit a me magū eē. Cum ergo ei mlta supplicia minaret. dixit iacobus. Nō me pturbāt mine tue qr tanqm vētus flās sup petrā furor tuus aures meas cito ptrāsit. Cui pnceps. Noli ipudēter agere. ne gui morte peas. Cui iacobus. Hoc ñ mors sz somn9 potius ē dicēdū. cuz p9 modicū resurrectō tribuat. Cui pnceps Nō te seducāt nazareni dicētes mortem eē somnū. qr magni impatores timēt eā. Cui iacobus. Nos mortē nō timem9. qr ō morte ad vitā trāsire spamus. Tūc pnceps de silio amicoz bāc sup iacobū ptulit sniam. vt ad terroreē alioz mēbraī iacob9 puniat. Cum āt q dā ex bis passiōe sup eū flerēt. illeait. Nolite sup me flere. sz sup vos ipsos plāgite. qr ego ad vitaz pgo r vob̄ supplicia eēna debent. Tūc carnifices pollicē manus eius dextre abscidērūt. Et exclamās iacob9 ait. Liberator nazarene suscipe ramū arboris miscdie tue. Nā a cultore vinee sarmētū abscidit vitis. vt potius germinet r pberius coroneī. Cui carnifex. Si alsētire vis adhuc tibi pco. at medicamētū adhibeo. Cui iacobus. Nōne pspexisti stipitē vitis. qr cū amputant sarmēta. ille nodus q remanet i suo tpe cū terra calescere incipit p singl'a abscisionis loca producit germia. Si ergo vitis putat vicissitudie tpis vt germiet. qntomagis fidel' bō qui in vā vite xpō ppactus ē Tunc accedēs carnifex scōm abscidit digitū. Bis aūt iacob9 dixit. Suscipe duos ramos qs plantauit dextra tua dñe. Abscidit r tercū Et dixit iacobus. Be triplici temptatiōe liberatus bñdicā patri r filio r spūisctō. Et cū tribus ereptis de camio pueris pfitebor tibi dñe. r in chozo martyz psallā nomi tuo xpe. Absclsus est r ārtus. Et iacobus dixit. Protector filioz isrl' qui in ārta bñdictiōe pnunciat9 es. suscipe a puo tuo pfessionez quarti digiti tanqz in iuda bñdicti Abscisoquito digito dixit. Cōpletū est gaudiū meū Tunc carnifices dixerūt ei. Parce iā nunc anime tue ne pereas. nec ptristeris si vnam manū amiseris. quoniā mlti sunt vnaz manum tantū habētes. r multis diuitijs r bonoribus abundātes. Beat9 iacobus dixit. Quando pastores incipiunt pecora tondere. nunqd dextrū tantum vellus auferūt et sinistz dimittunt. Si ergo pecus qd aīal brutū est totū vult vellus amittere. quanto

De sancto Jacobo interciso.

magis ꝛ ego homo rōnalis ñ dedignabor pro deo occidi. Accedentes igit impij ad sinistrā manū. digitū mimū inciderūt. Et iacobus dixit. Tu dñe cū magn⁹ eēs. mimus ꝛ puus p nob fieri voluisti. ꝛ idcirco reddo tibi corpus ꝛ animā quā creasti. ꝛ pro sāguine tuo redemisti. Abscidit septim⁹ digitus ꝛ ait Septies in die laudē dixi domino Abscidit octauus ꝛ dixit. Octauo die circūcisus ē ihūs. ꝛ hebreus circūciditur octaua die vt trāseat ad legales cerimonias. ꝛ mis sus tui dñe trāseat ab his circūcisis. ꝛ ccm q̄natum hūtibus ꝓpuciuꝫ. vt veniā ꝛ cōspiciam faciē tuā dñe. Incidit etiam nouus digitus ꝛ ait. Hora nona tradidit xp̄s in cruce spūm. Unde ꝛ ego dñe in dolore noni digiti mihi ꝓfiteor. ꝛ grās ago Incidit decim⁹ et ait. Decim⁹ numerus ē in p̄ceptis. ꝛ iotb ꝑma littera est nois Jhū xp̄i. Tunc q̄dā de astantibus sibi dixerūt. O dilectissime quondā noster. ꝓfitere tantū coram consule vt viuere valeas. Licet enī abscise sint manus tue. sūt tñ peritissimi medici qui tuis doloribus valeāt subuenire. Quib⁹ Jacobus dixit. Absit a me hmōi nepbāda simulatio. Nemo enī mittēs manū suaꝫ ad aratꝝ. ꝛ respiciēs retro. apt⁹ ē regno dei. Tunc indignati carnifices accesserūt. ꝛ pollicez pedis dextri abscid erunt. Et iacob⁹ dixit. Pdes xp̄i pforat⁹ est et sanguis exiuit. Abscidit scds pedis digitus. et ait. O magna mihi dies hec est p̄ omnib⁹ diebus. hodie q̄ppe ad deū fortez cōuersus ibo. Abscid erūt ꝛ tciū. ꝛ añ ipꝫ piecerūt Et subridēs iacob⁹ dixit Uade tercie digite ad socios tuos. ꝛ quēadmodū granū tritici multū fructuꝫ affert. ita ꝛ tu in nouissimis diebus cū socijs tuis requiesces. Abscidit q̄rtus. ꝛ ait. Quare tristis es anima mea ꝛ q̄re ꝓturbas me. Spero in deo q̄niā adhuc ꝓfitebor illi salutare vultus mei ꝛ de⁹ me⁹. Abscidit quīt⁹ ꝛ ait. Nūc incipiā dicere ad dñz q̄niā dignū me fec sociū suis suis. Tc accedētes ad pedem sinistꝝ digitū puuꝫ abscid erūt. Et dixit iacobus. Digite pue ꝓfortare. quia magn⁹ ꝛ puus vnam hūt resurrectionē. Capillus capitis non pibit. q̄nto minus a socijs tuis mime sepaberis. Abscidi tur secundus. Et iacobus ait. Destruite veterem domū. q̄ splēdidior patur. Abscidit tercius. ꝛ ait iacob⁹. Tunsionib⁹ firmatur inc⁹. Abscidit ꝛ q̄rt⁹ ꝛ ait. Confortа me de⁹ vitatis. q̄niā in te confidit aīa mea. ꝛ in vmbra alaꝝ tuaꝝ sperabo donec trāseat iniq̄tas Abscidit ꝛ q̄nt⁹. Et ait iacob⁹ Ecce me tibi dñe imolo vicies. Tunc accedētes pedem dextꝝ abscid erūt. Et dixit iacob⁹. Nūc offeram mun⁹ celesti regi p cui⁹ amore hec patior. Abscid erūt ꝛ pedē sinistꝝ. Et beat⁹ Jacobus dixit. Tu es qui facis mirabilia. ex⁹ audi me dñe ꝛ salua me. Abscid erūt dextrā manū ꝛ ait. O dilector die tue dñe adinuenit me. Ad sinistraꝫ ait. Tu es de⁹ qui facis mirabilia. Abscid erunt dextꝝ brachium ꝛ ait. Lauda aima mea dñm. laudabo dñm i vita mea. psallā do meo q̄diu fuero. Abscid erunt ꝛ brachiuꝫ sinistrum ꝛ ait. Circūdederunt me dolores mortis. ꝛ i nomie dñi vindicabor in eis. Tunc accedentes abscid erūt suraꝫ dextri cruris scindētes vsq̄ ad femur Tunc beat⁹ Jacobus ineffabili dolore gūatus exclamans ait. Domie Jhesu xp̄e adiua me. quia circūdederūt me gemit⁹ mortis. Et ait carnificib⁹. Carne noua me dñs induet. quā vestra vulnera macꝛare nequibunt. Jam carnifices defecerant. eo q̄ a prima hora diei vsq̄ ad nonā in eius inciſiōe sudassent. Tunc iteruꝫ accedentes sinistri cruris surā abscindendo vsq̄ ad femur extraxerunt. Tūc exclamās beat⁹ Jacob⁹ dixit. Bñator domine exaudi me semiuiuuꝫ viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ domin⁹. Digitos domine nō habeo vt ipos ad te porrigā. nec man⁹ vt eas ad te extendam. Pedes mei trūcati sunt. ꝛ genua mea demolita. vt tibi genua flectere non valeam. ꝛ sum velut casura domus ablatis quib⁹ sustentatur columnis. Exaudi me dñe Jhesu christe. ꝛ educ de carcere aīmā meam. Hec cum dixisset. vnus de carnificib⁹ accessit. ꝛ caput eius amputauit. Christiani igitur occulte accesserūt. et corpus eius rapientes honorifice sepelierunt. Passus est aūt. v. kal. decembris.

De sancto Pastore.

¶ De sancto ꝑstore.

PAstor ī heremo multis ānis in abstinēta magꝝ se affligēs mīta sanctitate ⁊ religione pollebat. Cū aūt mat̄ eiꝰ ipm ⁊ frēs eius desideraret videret. sz non posset. obseruauit diem. et illis ad eccl̄iam eūtibus protinus se eisdem obtulit. Et illi fugientes et cellam intrātes. in facīe eius clauserūt ostium. Illa aūt añ ostiuz stans cū nimio fletu clamabat. Pastor aūt ad ad ostium veniens dixit ei. Quid sic clamas o vetula. Que audiens vocē eiꝰ amplius clamabat flens ⁊ dicens. Volo vos videre filij mei. Quid eiz si videā vos. Nunqd nō ego sū mat̄ vestra que lactaui vos. ⁊ iam canis tota suz plēa. Cui filius. Hic nos vis videre aut in alio seculo. Que rñdit. Si nō videro vos hic. videbo vos illic fili. Qui ait. Si eq̄nimit ferre vales vt nos hic non videas. illic ꝓculdubio nos videbis. Que discessit gaudēs ⁊ dicens. Si vos visura sum illic. nolo vos videre hic. ¶ Iudex ꝓuintie cū abbatē pastorem videre cupet. sed nequiret. filiū sororis sue tanq̄z malefactorez tenuit. ⁊ ī carcere posuit dicēs. Si pastor venerit ⁊ peo intercesserit. euz dimittā. Mater igit̄ pueri ad ostium senis plorans. dum ille sibi nichil rñderet ait. Et si viscera ferrea bēs. ⁊ nulla compassione moueris. saltē miseratio sanguis tui flectat te. ⁊ q̄ vnigenitꝰ mihi exist̄it. Ille autē mādauit ei. Pastor filios nō generauit. ⁊ idcirco nō dolet. Qua cum dolore discedente dixit ei iudex. Saltem vbo iubeat et ego eum dimittaz. Ille aūt ei remādauit dicens. Examina causam ꝑm legem. ⁊ si dignus morte habeat ꝓtinus moriat. sinantez fac quō tibi placet. ¶ Docebat aūt frēs di. Custodire ⁊ seipm ꝓsiderare ⁊ discretōem habere opationes sunt anie. Pauptas tribulatio ⁊ discretio sunt opationes solitarie vite. Scriptū est eiz. Si fuerint hi tres viri Noe Job ⁊ Daniel ꝛc. Noe psonā bz nihil possidentiū. Job tribulatoꝝ Daniel discretorum. Si duas res oderit mōachꝰ pōt ab hoc mundo liber eē. Et q̄renti fratri q̄ eēnt dixit. Carnalis repausatio ⁊ vana glia. Si vis requiē inuenire in hoc sect̄o ⁊ in futuro in omni causa dic. Quis ego sum. ⁊ non iudices quenq̄z. ¶ Cum q̄dam frat̄ de cōgregatione offendisset. abbas de ꝓsilio cuiusdam solitarij eum expulit. Qui cuz q̄si flendo desperarz. abbas Pastor eum ad se aduci fec̄. Quē benigne ꝓsolās misit ad illuz solitariū dicens. Audiēs de te. videre te desidero. Fatiga igit̄ te vsq̄z ad me. Qui cū venisset dixit pastor. Duo homies erant qui ambo habebāt mortuos suos. Reliq̄t aūt vnus mortuū suū. ⁊ abijt plorare mortuuz alterius. Qđ solitarius audiēs ⁊ intelligēs in ꝓmone eius ꝓpunctus ē. ¶ Cum q̄dam frater Pastori dixisset se ꝑturbatū esse. ⁊ locum velle deserere. eo q̄ q̄dam vba de q̄dā fratre audiuisset q̄ eum nō edificabat. dixit pastor. ne hec vba crederet. q̄a vera non essent. Ille vo vera eē asserebat. q̄ frat̄ fidel̄ ea sibi retulit. Cui pastor. Non est fidel̄ qui tibi dixit. quia si fidelis eēt nequaq̄z talia diceret. Et ille. Ego vidi oculis meis. Ille aūt interrogatus de festuca ⁊ de trabe q̄d eēnt rñdit de festuca q̄ festuca eēt. ⁊ de trabe. q̄ trabs esset. Et pastor. Pone in corde tuo. quia peccata tua sunt sic̄ hec trabs. illiꝰ aūt velut hec ꝑua festuca. ¶ Frater q̄dam qui peccatū grāde fecerat volens penitere triennio int̄rogauit abbatē pastorē si multū eēt. Qui dixit. Multū est. Et quesitꝰ si ānū iuberet. ait. Multū est. Istātes āt dicebāt Usq̄z ad q̄draginta dies. Et ille. Multū ē. Et adiecit. Pduto q̄ si ex toto corde homo penituerit. ⁊ pctūm ñ iterauerit. etiā pnāz triduanā suscipiet dñs. ¶ Interrogatus ꝺ illo vbo qui irascit̄ fratri suo sine causa ꝛc. ait. Ex omni re q̄ te gūare voluerit frat̄ tuꝰ ne irascaris aduersus eū. donec oculū dexty tibi extrabat. ⁊ si aliter feceris. siñ cā sibi irascaris. Si āt aliq̄s te voluerit separare a deo ꝓboc irascere ei. ¶ Dixit itez pastor. Qui querulosus ē. monachꝰ non est. Qui malitiam in corde suo tenuerit. monachꝰ ñ est Qui iracūdꝰ ē. mōachꝰ nō est. Qui malum ꝓ malo reddit. monachꝰ non est. Qui elatus ⁊ verbosus est. monachus non est.

Qui vo vere est monachꝰ. sp est bñ'. mansuetus. charitate plenꝰ. ꝛ timorẽ dei semp ꝛ vbiqz p ocul'bz vt ñ peccet. ¶ Dixit itex q si sunt tres in vnũ. ex qbꝰ vnꝰ bñ qescat. alius aũt infirmet ꝛ grãs agat. tercius vo miser esit ex sincera volũtate. bi tres sil'es sũt velut sint vniꝰ opis. ¶ Cũ quidã frat sibi ꝓpreret q multas cogitatões bñs in ipis piclitaret eũ sub aere nudo eiecit dicẽs. Expãde sinũ et apprehẽde vẽtũ. Qui ait. nõ possũ. Et ille nec cogitatões phibere potes ne introeãt sed tuũ est resistere eis. ¶ Interrogatꝰ a q dã fratre qđ dõ hereditate sibi dimissa facerz dixit vt pꝰ tres dies ad se rediret. Qui cũ redisset ait illi. Si dixero. da eã clericis facient inde ꝓuuia. si dixero. da eam pntibꝰ nõ est tibi merces. si dicã da eaz paupibus securꝰ eris. Quidqđ ergo vis fac. ego cãm nõ habeo. Hec in vitas patrũ.

CLXXI.

¶ De sancto Johanne abbate.

Iohãnes abbas a cum episius pãnos. rl. i heremo habitasset. introgauit euz qntum ex hoc pfeciss. Et ille dixit. Exq cepi solitarius eẽ. nunqm vidit me sol mãducantez. Et iohes. Nec me irascentẽ. ¶ Sil'e fere legit ibidẽ q cũ Epiphanius epus abbati Hylarioni daret carnes. ille ait. Ignosce mihi qz exq accepi hitũ hũc nõ mãducaui qcqz occisum. Cui epꝰ. Exq accepi hitũ hunc ñ dimisi aliquẽ dormire q aduersũ me aliquid bret. neqz dormiui bñs aliqđ aduersus aliquẽ. Cui ille. Ignosce mihi qz melioz es qz ego. ¶ Volens iohes ad sltudinẽ angelox nihil opari. sed deo sin intermissiõe vacare. se ipm expoliauit. ꝛ vnã hebdomadã in heremo fuit. Cũ aũt fame periclitaret. ꝛ aculeis muscax ꝛ vespax totus vulneraret. reuersꝰ ad ostiũ fris sui pulsauit. Ad quẽ ille Quis es tu. Et ille. Ego sum iohes. Frat aũt dixit ei. Nequaqz. Johãnes eni angelꝰ factus ẽ. ꝛ intr boies vltra nõ est. Et ille. Vere ego sũ Et nõ apiens ei. dimisit eũ affligi vsqz mãe. Postea apiens dixit. Si hõ es opꝰ habes itex opari vt pascaris ꝛ viuas. Si aũt ãge lus es. qđ queris intrare cellã. Et ille dixit. Ignosce mihi frat qz peccaui. Cũ aũt more ret. rogauerũt eũ frẽs vt aliqđ verbũ saluta re ꝛ ꝓpendiosum loco hereditatis sibi relꝛ queret. Qui ingemiscẽs ait. Nunqz feci pꝛ priã volũtatez. nec aliqđ docui qđ ꝓpius ipse nõ fecerim. Hec in vitas patrũ.

CLXXII

¶ De sancto moyse abbate.

Dixit fratri petẽti a se ꝓmõez. Sede in cella tua ꝛ docebit te vniuersa. Cũ quidã senex infirmatꝰ in egiptuz ire vellz. ne frẽs nimis ğuaret. dixit ei abbas moyses. Nõ vadas qniã in fornicatõnem casurus es. Qui ꝓtristatus dixit. Mortuũ est corpꝰ meũ. ꝛ tu michi ista dicis. Cum ergo iuisset. ꝛ qdam vgo ex deuotõne sibi fuiret. ille ꝓualescẽs eã violauit. Que cũ filiuz pepisset. senex puerũ ꝓin vlnis accipiẽs i die magne festiuitatis q. erat in sixti eccia corã mltitudine fratrũ intrauit. Cũ aũt oẽs flerẽt dixit Videtis infantẽ hũc. Filiꝰ ẽ inobedientie. Cauete ergo vob frẽs. qz in senectute ꝑ feci. ꝛ orate p me. Et pgens ad cellã ad ꝓstatum statũ reuersꝰ ẽ. ¶ Alius qz senex cum dixisset alteri. mortuꝰ sum. ille ait. Nõ confidas in te donec exeas đ corpe. Nã si dicis qz mortuꝰ es. sathanas tñ mortuꝰ nõ est. ¶ Cũ frat quidã peccassz miserũt ad abbatẽ moysen. Qui accepta sporta plena arena venit ad eos. Quẽ cũ frẽs qđnam ꝑ eẽt introgarent. dixit. Peccata mea sunt pꝰ me currẽtia. ꝛ nõ video ea. et veni hodie aliena iudicare peccata Illi aũt hoc audiẽtes. fratri pepercerũt. ¶ Sil'e legit đ abbate Pastore Nam cũ frẽs de qdam fratre culpabili loqrent. ille tacebat. Cũ ergo accepisset saccũ plenũ arena retro. ꝛ de eadem arena modicũ añ se ferret. introgatꝰ qđ ꝑ eẽt dixit. Mal' ta arena sũt pctã mea q pꝰ me ferẽs ipa nõ ꝓsidero. nc ꝓ eis doleo. Modica vo arena sũt pctã fris añ me posita. que sp ꝓsidero. et ipa video. cũ tñ pctã mea añ me sp portare deberẽ. ꝛ de ipis cogitare. ꝛ p ipis deũ rogare. ¶ Cum abbas Moyses factus fuisset

clericus.z imposuissent ei supbumerale. dixit ei eps. Abbas fact⁹ est candidat⁹. Et ille afforis dñe purpura. vtinā intus. Volēs aūt eps eum pbare. dixit clericis suis. vt qñ ad altare accederet ipz cū iniuria expellerēt deinde eū seqntes qd loqret audirēt. Ipse ijciētes aūt eū foras dixerūt. Exi foras etbi ops. Qui egrediēs dicebat Bñ tibi fecerūt cinerate z cacabate. qz cū bō non sis qrete in medio boim dare pstumpsisti. Hec in vitas patrum.

CLXXIII. A

De sancto Arsenio abbate.

Arsenius cuz ad huc palatio psisteret. z vt ad salutē dirigeret orat audiuit. Arseni fuge boies z saluaberis. Accedens igit ad mōachalē vitā z ibidē orās audiuit Arseni fuge tace z quiesce. Legit eni ibidez de hac qete appetēda. qz tres frēs cū facti fuissent mōachi. vn⁹ elegit discordātes ad pacem reducere. scōs infirmos visitare. tercius in solitudie quiescere. Ipse im⁹ igit laborās ppt lites boim nō potuit omnib⁹ placere. z tedio vict⁹ venit ad scm. Quē inuenit animo deficientē z mādatū pficere ñ valentez Et pcordantes ad terciū q erat in solitudie venerūt. Cui cū tribulatōes suas narrassēt ille missa aq in cipbo dixit. Attēdite in aqm Et erat cōmota z turbulēta. Et rurs⁹ dixit. Attendite mō quō quieta z limpida facta est. Qui cū intenderēt. z vul⁹ suos viderēt ait. Sic q in medio boim psistunt. p turba nō vident peccata sua. Cū autē quieuerint tūc pctā sua videre valebūt. Quidā et cū inuenissz qndā in beremo velut bestiā herbas māducantē z nudū. currebat post ipz fugientē dicēs. Expecta me qz ppt deū seqr te. Et ille. Et ego ppter deū fugio te. Cū aūt vestem piecisset. expectauit eū dicēs. Quoniam materiā mūdi piecisti a te. expectaui te. Cui ille Dic mihi quō salu⁹ efficiar Qui rñdens ait. Fuge boies z tace Matronaq̄dam z nobil z senex venit vt abbatē Arsenū ex deuotōe vtderet. Qui rogat⁹ a theophilo archiepo vt se videri permitteret. nullatenus acquieuit. Tandē illa ad eius cellā pperans ipm foris añ ostium celle inuenit et se ad eius pedes pstrauit. Ille aūt cū indignatōe nimia eleuauit eā dicēs. Si faciem meā videre vis vide. Illa aūt facie ei⁹ p pfusione z verecūdia nō cōsiderauit. Cui senex Quō cū mlr sis tantā nauigatōnem facere pstumpsisti. Ecce eiz romā redibis z q abbatem Arseniū videris alijs mlierib⁹ enarrabis. z ille similr veniēt vt videāt me. Et illa. Si deo dante Romā rediero. nullā huc venire pmittā. sed saltez obsecro vt ores p me. et mei memoz sis sp. Cui ille. Oro deū vt deleat mēoriaz tuam de corde meo. Et illa audiēs turbata nimiū venit i ciuitatē. z pre tristicia febricitare cepit. Qd archiepus audiens ad eam psolandā accessit. Illa aūt dicebat. Ecce ego cōtristata morioz. Cui archiepiscopus. Nescis qz mulier es. z inimicus sanctos p mulieres impugnat. z ppterea senex hoc dixit. Naz pania tua sporat. Et sic psolatione recepta cū gaudio ad ppria remeauit. De qdam alio patre legit. q cuz discipl⁹ ei⁹ sibi diceret. senuisti abba. accedamus parū iuxta mōm. Ille ait. Ubi nō ē mulier ibi eam⁹. Dixit ei discipul⁹. Et vbi ē locus nō bñs mlierē nisi forte solitudo. Et ille. Ergo in solitudinē me tolle. Alⁱ⁹ etiā frat cū mrēm suā vetulaz trās fluuiū portare deberet. ille manus suas pallio inuoluit Cui illa. Ut qd sic opuisti manus tuas fili Et ille. Corpus mulieris ignis est. z ex eo q te pngebā. aliaz feminaz mēoria in meo animo veniebat. Beatus aūt Arsenius p totū temp⁹ vite sue ad opus sedēs manuū suaz. pannū bēbat i sinu. ppter lacrias que crebro de oculis eius currebāt. Totā noctē insomnē ducebat. Mane aūt facto cū ppt nature lassitudinem dormire vellet. dicebat somno. Veni bue male. Et surripiebat paz somni sedendo. z statim surgebat. Dicebat quoq3. Sufficit mōacho si dormierit vna hora. si est tamē pugnator. Cunq3 pater sancti Arsenij nobilissimus senator vitam finiēs z testamētū faciens magnā hereditatē arseno dimisisset. Magistrian⁹ p dictuz testamētū ad ipm detulit. Qui ille accipiēs

voluit illud scīdere. Magistrian⁹ āt ei⁹ pe dib⁹ puolut⁹ rogauit ne boc faceret. qa ca; put eius pscideret. Cui arseni⁹. Sdu⁹ mor; tuus suz qz ille. Spe igit cū modo mortu⁹ sit quō me fecit beredē. Et remisit testamētuz nibil accipe volēs. ¶ Quadā vice facta est vox ad euz di. Veni r oñdā tibi opa boim. Et eduxit eū in qndā locū. oñditqz ei etbio pem incidentē ligna r facientē sarcinā grā; dem quā portare nō poterat. Deinde iterū ligna incidebat r ad sarcinā addebat. r ꝑ fa ciebat diutius. Ostēditqz ei rursuz boiem haurientē aqm de lacu. r effundentē aquā in cisternā ptusam. que aqm refundebat in lacū. ripaz cisternā implere volentē Et ostē dit ei iterū templū. r duos viros sedentes in equis portātes lignū transuersū. Volentes aūt introire in tēplū nō poterāt eo q lignū in trāsuerso portarēt. Et exposuit dicēs. Hij sunt q portāt qsi iugū iusticie cuz superbia. et nō būiliant. ppter qd remanēt foris a re gno dei. Qui ligna incidit. bō est in pctis multis r ꝑ eo vt agat pniam non subtrabit de pctis. sz addit iniqtates iniqtatib⁹. Qui autē aqm hausit bō est bōa opa faciēs. Sz quia cū eis sunt pmixta mala pdit bōa ope ra sua. ¶ Vespe sabbati veniēte die dominico relinqbat post se solē. r extendebat man⁹ su as ad celum donec mane die dñico sol ascē dens faciē eius illustrabat. r sic residebat. Hec in vitas patr.

CLXXIIII. De sancto Agathon abbate.

Agathon abbas per triēniū lapidē i os suū mit tebat don⁶ taciturnitatē discerz Alius qz frat cū intrasset ꝯgregationez dixit intra se. Tu r asinus vnū estō. Sicut ergo asinus vapulat r nō loquit iniuriaz patit r nō rñdet. sic r tu. ¶ Alī⁹ qz frat a mē sa expulsus nichil rñdit. Post modū super boc interrogat⁹ ait. Posui cordē i meo q equal' sim cani. q cū sectat foras egreditur. ¶ Introgatus agathon q virtus plus brēt laboris. rñdit. Sduto non eē talē laborē qlē orare deū. Mā ūmici ei⁹ sp laborāt e⁹ orōez interrumpe. Mā in ceteris labor⁹ bomo aliquā requiē possidet. orator aūt opus bz magni certamis. Interrogat⁹ agathon a qdā fratre quō cū fratrib⁹ bītare deberet. ait. Sicut in prima die. r nō assumas fidu ciam. Mō est enī peior passio qz fiducia. ge nutrix ei est oīm passionū. Dixit iterū. Iracū dus si mortuos suscitet nō placet alicui vel deo ppter iracundiā suā. ¶ Frat quidā ira cund⁹ intra se ait. Si solus bītarē. ad iram nō ita cito mouerer. Quadā aūt vice cum vrceolū aq impleret. versat⁹ ē. Sc̄o imple uit r iterū versat⁹ est. Tercio impleuit r vsa tus est. Qui ꝑmot⁹ furore fregit vasculuz In se aūt reuersus cognouit. quia ab eodē demōe ira cūdie sit illusus et dixit. Ecce sol⁹ suz. r tūra me vicit. Reuertar ergo in ꝯgre gationē. qr vbiqz labor. r vbiqz patientia. et adiutorio dei op⁹ē. ¶ Ecōtra erāt duo fra tres q mltis annis inuicē ꝯuersantes nūqz ad iracundiā poterāt puocari. Quadaz vi ce dixit vn⁹ alteri. Faciam⁹ et nos litē sicut boīes de mūdo faciūt. Et ille rñdit. Nescio qualr fiat lis. Et dixit frat. Sdono in medio laterculū r dico meū est. Tu aūt dic nō. sed meū est. et in inde fiet litis. initiū. Sdosita ē ergo testa in medio. Dixit vn⁹ meū est boc et alter dixit. non. sed meū est. Et ille rñdit. Etiaz tuū est. Tolle ergo r vade. Et discesse runt. n⁶ inēse ꝓtendere potuerūt. Erat au tez abbas Agathon sapiēs ad intelligēduz impiger ad laborandū. parc⁹ in cibo atz ve stimento. Dixit aūt. Sc̄m volūtatē meā nunqz dormiui retinēs in corde aduersus qnqz dolorez. Nec dimisi dormire aliuz ba bentē aduersum me aliquid. ¶ Moritur⁹ quoqz agathon trib⁹ dieb⁹ mās ut imobilis aptos tenēs oculos. Qui cū pulsaret a fratri bus rñdit. In cōspectu dīni iudicij assisto. Dicūt ei. et tu times. Et ille. In custodiēdis mandatis dei virtute q potui laboraui. sed homo sū r nescio vtz placuerunt opa mea dño. Dicunt ei. Et non ꝓfidis ōpib⁹ tuis q sc̄m deū sunt. Et ille. Non ꝑsumo don⁶ venero añ illuz. Aliter enī sunt iudicia dei et aliter iudicia hominū. Cū aūt euz adhuc introgare vellēt, ait. Ostendite charitatem

et nolite mecū loqui. qz occupat⁹ sum. Quo dicto statim spūm cū gaudio emisit. Videbant enī eū colligentes spūm quēadmodū si quis salutet amicos suos dilectos. Hec in vitas patrum.

CLXXV. De sancto Barlaam.

Barlaam cuius hi storiaz Johes damascen⁹ diligēti studio cōpilauit. opante in eo diuina grā sctūm Josaphat regē ad fidez puertit. Eteni cū vniuersa india xpianis et mōachis plena eēt. surrexit rex q̄dam ppotens nomie Abennir q̄ xpianos et pcipue monachos plūmū psequat. Accidit aūt vt q̄dam regis amic⁹ et in palatio suo pm⁹ diuina cōmonit⁹ grā regiā aulā relinq̄ret. et monasticū ordinē introiret. Qđ rex audiēs ira insaniēs. eū p queq; deserta inquiri fecit. et vir inuētus ad se adduci mādauit. Vidensq; eū vili tunica cooptum. et fame maceratū qui splendidis vestimētis ornabat. et mltis diuitijs affluere sueuerat dixit ei O stulte ac mētis pdite. cur honorē in contumeliā mutasti. et te ludū pueroz fecisti Cui ille. Si b⁹ a me rōez audire desideras inimicos tuos pcul a te abijcias. Rege aūt q̄ eēnt bmōi inimici q̄rente ait. Ira et cupiscentia. hec enī impediūt ne veritas videat Assideant aūt ad audientiā dicendoz prudentia et equitas. Cui rex. Fiat vt loq̄ris. Et ille. Insipientes ea q̄ sunt despiciūt q̄si non sint. ea vo q̄ nō sūt q̄si sint appetēdere moliuntur. Qui autē nō gustauerit eorū q̄ sunt dulcedinē. nō poterit eoz q̄ ñ sunt addiscere veritatē Multa ātillo de misterio incarnatōis et fidi psequte rex ait. Nisi tibi in pncipio pmisissē q̄ d medio silij irā remouerem. nūc itaqz igni tuas carnes traderem. Surge igit et fuge ex oculis meis ne vltra te videā. et male te pdam. Vir autē dei tristis abscessit. eo q̄ martiriū ppessus nō eēt. Interea dū rex liberos nō brēt. puer ei pulcerrim⁹ nascit. et Josaphat appellat Cōgregante ātrege infinitā multitudinē vt dijs p ortu pueri īmolarēt. q̄n q̄gita q̄nqz astrologos vocauit. a q̄bus qđ futuz eēt filio suo diligenter q̄siuit. Cūctis aūt rndentib⁹ euz magnū in potētia et diuitijs futuz. vn⁹ sapientioz ex ipis dixit. Puer iste q̄ nat⁹ est tibi o rex nō in tuo erit regno sz in alio incōparabiliter melioz. Ma illius quā plegris xpiane religiōis ut estimo futur⁹ ē cultoz Hoc aūt non a semetipo sz a deo inspirāte dixit. Audiens B rex et plīmū expauescēs. in ciuitate seorsum palatiū speciosissimū cōstrui fecit. et ibi puerū ad bitandū posuit. ibiqz secuz iuuenes pulcerrimos collocauit. pcipiens illis vt nec mortē nec senectutē. nec infirmitatem vl pauptatē. nec aliq̄d q̄d posset sibi afferre tristiciā ei nomiarent. sz oia iocūda ei pponerēt. q̄tenus mēs ei⁹ leticijs occupata nil de futuris cogitare posset. Si quē vero ministrantiū infirmari pting eret. būcptinus rex pcipiebat eijci. et aliū loco e⁹ incolumē subrogari. Precepitqz ne sibi d xpo aliq̄m facerēt mētionē. B Eodē tpe erat cuz rege vir quidā xpianissim⁹ sz occult⁹. q̄ int nobiles regis pncipes pmus erat. Hic cuz aliq̄n cū rege ad venandū iuisset. boiem q̄ndam paupem pedē lesum a bestia bñtē et in terra iacentē inuenit. a q̄ rogat vt se suscipe debeat. qz sibi in aliq̄ forsitā pdesse posset Cui miles dixit. Ego q̄dez te libent suscipio. sed in quo vtilis inueniaris ignoro Et ille dixit Ego sum bō medic⁹ verboz. Si enī aliq̄s vbis ledat. pgruā scio adhibere medelam. Miles aūt qđ ille dicebat p nibilo putauit. ppter deū tamē ipm suscipiēs ei⁹ curaz egit. Viri aūt q̄dam inuidi et malicioli videntes pdictuz pncipē in tanta gtia eē regis. ipsum apud regē accusauerūt. q̄ non solū ad xpianoz fidez declinasset. sz insup regnū conabatur sibi surripe. turbam solicitans et sibi pcilians. Sz si hec inquiūt ita eē o rex scire desideras ipm secreto aduoca. et vitam banc cito finiēdaz memora. et idcirco gliaz regni te velle derelinq̄re et monachoz bituz assumere asseras. quos tñ ignorant acten⁹ fueras plecutus. Et tunc videbis quid tibi respondeat Que cum rex omia vt illi suaserant fecisset. ille doli ignarus perfusus lacrimis ppositum regis laudauit. et vanitatem

mundi rememorans quātotius hoc adimplendū consuluit Quod rex audiens. ⁊ verum eē quod illi dixerāt credens. furore repletus est. nihil tamē sibi rñdit. Vir autem ppendēs q rex grauiē verba sua acceperat. tremēs abiceſſit. ⁊ medicuz se habere vboz recolens. omia sibi narrauit. Cui ille Notū sit tibi q rex suspicat vt propter hoc dixeris q eiꝰ regnuz velis inuadere. Surge igitur cito. ⁊ comā tuam tonde. ⁊ vestimēta abijciens cilicizuz indue. ⁊ summo diluculo ad regem ingredere. Cunqz rex quid sibi hoc velit interrogauerit. respondebis. Ecce rex paratus sum sequi te. Nam ⁊ si via per quam cupis ire difficilis sit. tecum tamē existenti facilis mihi erit. Sicut enim socium me habuisti in psperis. sic habebis piter in aduersis. Nunc igitur pſto sum. quid morāris. Quod cū ille p ordinem feciſſz. rex obstupuit ⁊ falsarios arguens. viz amplioꝛi honoꝛe dotauit. ¶ Filius aūt eiꝰ in palatio educatus. ad etatem adultaz puenit. ⁊ in omni sapientia plene edoctus fuit. Admirās autē cur pater sic eum recluſiſſz. vnū de suis sibi familiarioꝛē secreto de hac re interrogauit. dicens se in multa mestitia positū pro eo q sibi foras egredi nō liceret. adeo vt nec cibꝰ sibi saperet nec potus. Quod pater audiēs ⁊ dolēs. equos ydoneos parari fecit. ⁊ choros plaudentes añ eum mittēs. ne quid sibi fedū occurreret diligenē prohibuit.

¶ Predicto igitur iuuene talr procedente. quadam vice vnus leprosus ⁊ vnꝰ cecus sibi obuiauerūt. Quos ille videns ⁊ stupens qui sint ⁊ quidnā habeant inquisiuit. et ministri dixerunt. Passiones iste sunt q̄ hominibus contingere solent. Et ille. Omnibus homībus contingere possunt huiusmodi. Negantibus illis respondit. Noti sunt igitur qui hec pati debeant. an sic indefinite pueniunt. Et illi. Et quis hominū futura scire valet. Valde igitur auxius esse cepit pro incōsuetudine rei. ¶ Alia autem vice q̄ndam valde senem rugosam bñtem faciem et dorsum incuruatū. ⁊ cadētibus dentibꝰ balbutiendo loquentem inuenit. Stupefactus igitur discere cupit visionis miraculū

Cunqz didicisset q ppter annoꝛum multitudinez ad talem statū peniſſet ait. Et quis est huius finis. Dicunt ei. Mors. Et ille. Est ne mors omniū vel aliquoꝛum Cunqz didicisset omnes mori debere. interrogauit In quot annis hec superueniūt. Et illi. In octoginta vel centū annis senectus inducitur. deinde mors ipa subsequitur. Hec igit iuuenis frequēter in coꝛde suo recogitans in multa desolatione erat. sed coram patre leticiam ptendebat. plurimuz desiderās in huiusmodi dirigi ⁊ doceri. ¶ Igitur quidam mōachus vita ⁊ opinione pfectꝰ habitans in deſto terre sennaar nōie Barlaam. hic que circa filium regis agebantur per spūm cognouit. ⁊ mercatoꝛis habitum sumens ad ciuitatē illaz deuenit. Accedēs q̄z pedagogo filij regis locutus est dicens. Ego cū negociatoꝛ sim lapidem p̄ciosum venalē habeo. qui cecis lumen tribuit. surdis aures aperit. mutos loqui facit. insipiētibus sapientiam infundit. Nunc igit duc me ad filium regis ⁊ būc sibi tradam Cui ille. Videris homo mature prudētie. sed verba tua prudentie non concoꝛdant. Verūtamen cum lapidū noticiam habeā ipm lapidem mihi oñde. ⁊ si talis vt asseris fuerit cō probatꝰ. a filio regis honoꝛes maximos cō sequeris. Ad quem ille. Lapis meus insup hanc habet virtutem. Quia qui nō habz sanam oculoꝝ aciem. ⁊ qui non suat integrā castitatē. si forte illū aspexerit. ipam virtutē quam habet visibilē perdit Ego autem medicinalis artis non expers. video te sanos oculos non habere. Filiuz autē regis audiui pudicum eē. ⁊ oculos pulcerrimos ⁊ sanos habere. Cui ille. Si sic ē noli mihi ostēdere. quia oculos sanos nō habeo ⁊ in peccatis soꝛdesco. Nuncians igitur hec filio regis ipm ad eum q̄ztotius introduxit. Cuz ergo introductus fuiſſet. ⁊ rex eū reuerēter suscepiſſet. ait Barlaam. In hoc rex bñ feciſti. quia deforis paruitati apparenti non attendiſti. Nam rex quidā magnus in curru deaurato procedens. cum quibusdaz attritas vestes īduis ⁊ macie attenuatis obuiaſſet, continuo de curru exiliēs ad pedes eo

rum procidens ipos adorauit. et surgẽs in oscula eorum ruit. Proceres autem eius indigne hoc ferentes. sed regem sup hoc arguere formidantes. fratri ei⁹ retulerũt. quomodo rex magnificentie regali indigna fecisset. Frater aũt regem super hoc redarguit. Erat autem regi cõsuetudo q̃ quãdo aliquis morti tradendus erat. rex ante eius ianuam pconem cum tuba ad hoc deputata mittebat. Vespere igitur veniente ante fratris ianuam tubam sonari fecit. Quod ille audiens ⁊ de sua saluatõne desperans. totã noctem insomnẽ duxit ⁊ testamentuz fecit. Mane autẽ facto indutus nigris vestib⁹ cum vxore ⁊ filijs ad fores palatij lugẽs accessit. Quem rex ad se ingredi faciens dixit O stulte si pconem fratris tui cui nichil te deliquisse ꝓgnoscis adeo timuisti. quomõ pcones domini mei in quẽ adõ peccaui timere non debeã. qui sonabili⁹ michi tuba mortẽ significant. ⁊ terribilẽ iudicis aduentũ michi denũciant. Deinde q̃ttuor capsas fieri iussit. ⁊ duas earũ extrinsecus auro undiq̃ operiri. ⁊ ossibus mortuorũ putridis impleri. duas vero pice liniri. ⁊ gemmis et margaritis pciosis impleri fecit. Vocãsq̃ illos magnates quos sciebat querimoniam apud frẽm deposuisse. quatuor illas capsas ante eos posuit. ⁊ que pciosiores eẽnt inquisiuit. Illi vo duas deauratas magni esse pcij. reliquas vo vili pcij esse iudicauerunt. Precepit igit rex dauratas aperiri. ⁊ cõtinuo ide fetor intolerabil' emanauit. Quibus rex. Hec illis similes sunt. q̃ gloriosis vestibus sunt amicti. int⁹ vo immũdicia vicõrum pleni. Deinde alias aperiri fecit. Et ecce odor mirabilis inde exalauit. Quib⁹ rex Iste illis pauprimis quos honorauisti similes sunt. qui ⁊ si vilib⁹ vestimẽtis operiãtur. intus tamen omni virtutũ odore resplendẽt. Vos autẽ solum que deforis sunt attenditis. ⁊ que deintus sunt nõ ꝓsideratis. Scõz igit illum regem tu quoq; feciste bene suscipiens me. Incipiẽs igitur Barlaam. cepit ei de mundi creatiõe. ⁊ homis preuaricatõne. ac filij dei incarnatiõe passione et resurrectione. longum sermonẽ retexere. necnõ de die iudicij. ⁊ de retributõne bonorum et malorũ multa proferre. ⁊ volentes ydolis plurimũ exprobrare. ac de eor fatuitate tale exemplũ ponere dicens. ¶ Sagittarius quidã auiculã paruã noie philomenam capiens. cũ vellet eaz occidere. vox data est philomene et ait. Quid tibi pderit homo si me occideris. Neq; enĩ ventrẽ tuum de me implere valebis. Sz si me dimittere velles tria tibi mãdata darẽ. que si diligentius ꝓpuares. magnã inde vilitatẽ ꝓse qui posses. Ille vo ad eius loquelã stupefactus. pmisit q̃ eã dimitteret. si hec sibi mandata proferret. Et illa. Nunq̃z rem q̃ apprehendi nõ potest. apprehẽdere studeas. De re perdita irrecupabili nunq̃z doleas. Verbum incredibile nunq̃z credas. Hec tria custodi ⁊ bene tibi erit. Ille aũt vt promiserat eã dimisit. Philomena igitur p aera volitans dixit ei. Ve tibi hõ. q̃z malũ consilium habuisti. ⁊ q̃z magnũ thesauz hodie perdidisti. Est enĩ in meis viscerib⁹ margarita. que structionis ouum sua vincit magnitudine. Qũ ille audiens. valde contristat⁹ est q̃ eaz dimiserit. ⁊ eaz deprehendere conabatur dicens. Veni in domũ meã. ⁊ omnẽ tibi bũanitatem exhibebo. ⁊ honorifice te dimittaz Cui philomena. Nũc pro certo ꝓgnoui te fatuũ esse. Naz ex his que tibi dixi nullum pfectũ habuisti. q̃a ⁊ de me perdita. sz irrecuperabili doles. ⁊ me tẽptasti capere cum ne queas meo itinere pergere. ⁊ insup margaritã taz grandẽ in meis viscerib⁹ credidisti esse. cũ ego tota ad magnitudinẽ oui structionis nõ valeaz pertingere. Sic ergo stulti sũt illi q̃ confidunt in ydolis. q̃ plasmatos a se adorãt. ⁊ custoditos a se custodes suos appellant. ¶ Cepitq; contra fallacem mũdi delectationem et vanitatez multa disputare. ⁊ plura ad hoc exẽpla adducere dicẽs. Qui corporales delectatõnes desiderãt. et anias suas fame mori pmittũt. similes sunt cuidam bomĩ. q̃ duz a facie vnicornis. ne ab eo devorare. velociter fugeret. i q̃dã barathrum magnũ cecidit. duz autẽ caderet manibus arbusculam quãdaz apprehendit. et in base quadã lubrica et instabili pedes fixit

nostraz. ac diuini nominis laudē vt ꝑ famu
latu religio conseruetur. ⁊ pro affectu deuo
tio augeatur. Quis igitur nisi bec v̄go que
sola vniuersam prauitatem Beticā intemit.
sola preter deum sit que nos in omni v̄tute
confirmet suisq; meritis cōmendet ⁊ auxilie
tur precibus. vt et ipsi digni inueniamur in
eius laudibus. a quibus siquidem humana
mortalitas non debet cessare. sz de illi⁹ gl̄ia
nec silere patitur deuotō. nec dignū aliquid
potest ꝯcipere cogitatio. vl̄ inerudita partu
rire locutio. Hec est que totius mundi repa
tionem obtinuit. salutem oīm impetrauit.
Quis tandē o benedicta misc̄die longitudi
nem ⁊ latitudinem. sublimitatem. ⁊ ꝑfundi
tatem inuestigare possit. Longitudo enī ipi
us vsq; in diem nouissimū subuenit vniuer
sis eam inuocantibus. latitudo ei⁹ replet or
bem terrarum. vt quoq; sua misericordia ple
na sit omnis terra. Sublimitas eius ciuita
tis superne ruinas restaurauit. Profūditas
quoq; sedentibus in tenebris ⁊ vmbra mor
tis redemptionez obtinuit. Sic ergo tue pi-
etatis ℣ maria ipsam quam apud deum gr̄
tiam inuenisti. notam facis mundo. sanctis
precibus tuis obtinendo reis veniam. egris
medelam. pusillis corde robur. afflictis con
solationem. periclitantibus adiutorium et
liberationem. Qualis nāq; fuerit vita bui⁹
virginis marie expectantis in templo redēp
tionem generis humani dicat Ambrosius.
Sit itaq; vobis tanq̄ in imagine descripta
virginitas marie. ex qua velut in speculo re
fulget species castitatis et forma v̄tutis Vir
go erat mente ⁊ corpore. corde humilis. v̄bis
grauis. animo prudens. loquendi peritior.
legendi studiosior. intenta operi. verecūda
sermone. non in incerto diuitiarum. sed in p̄
ce pauperis spem reponēs. arbitrum men-
tis deum non hominem querens. Nulluz
ledere. cūctis bene velle. maioribus assurge
re. equalibus nō inuidere. tactantiā fugere
Quando illa lesit parētes. Quando fastidi
uit humilem. Quādo derisit debilem. Quā
do vitauit inopem. Nibil toruum in oculis
Nibil pcax in v̄bis. Nibil in actu inuerecū
dū. Nō gestus fractior. Nō incessus soluti
or. Non vox petulantior. vt ipa spēs corpis
fieret simulacrū mentis. et figura probitatis
Ipsa nāq; est illa que celis gl̄iam dedit. terris

De festo presentatioīs ma. ad templū i hierz.

deum pacēqz refudit. gentibus fidem. vicijs finem. vite ordinem. moribus disciplinam. O plena gratiarū. non solum puero abrae. sed z camelis potum tribuens de superafflu enti ydria tua. quia tu es vera puella preelecta. z altissimi filio preparata. Offerentur inquit propbeta vgines regi. sz post eā. Nam primatū ipa sola vendicat sibi. Et licet ad di genitricē digne collaudandā nemo inuenia tur ydoneꝰ. tamen votis oībus nō debet cessare quilibet etiā peccator a laudibꝰ quia in laudibus saluatoris est iter salutis nostre. In bonore igitur sancte genitricis eiꝰ a laudibus nolite cessare. Ipa nāqz ē vgo maria que a nullo virtutū genere vacabat. cui gtie plenitudinē inesse dei nūciꝰ asserebat. Quis enī cū āmiratione iocunda non speculetur. ipsius adolescentis nature fortitudinē z prudentiam ac fidem in angelico colloquio vbitam constanter loquitur. tā prudenter interrogat. tā facile credit. Quis non iustitiā miretur. quoniā sic vniuersa precepta diuīe legis adīplere satagebat. vt nec ad se pertinentia quedā velut purificationē legalē inexpleta relinqueret. Ipsius quoqz tēperantia satis emicuit. que vginitatis liliū in bumilitatis valle produxit. Bepromebāt itaqz virtutes in cogitatione z affectu cordis eius inefabilē armoniā quā ipsa creatrix z inbabitatrix eius dei sapientia delectabat audire. chorus cabant foris quoqz in superficie ꝑmões z actus vnde possent bominesꝫ glorificare deum z salutis exēpla accipere. Altius igitur intuemini fratres karissimi z considerate quāto deuotionis affectu mariā a nobis bonorari voluit. q totius boni plenitudinem i ea posuit. vt proinde siquid i nob est spei. siqd ē gtie vel salutis ab ea nouerimꝰ redūdare. q ascendit delicijs affluens. ortus plenus deliciarū. quē nō solū afflauerit. sed perflauerit superueniens ille auster diuinus vt vndiqz fluant aromata illius. Totis ergo medullis cordiū z votis omnibus veneremur mariā quia sic est voluntas eius. qui totuz nos habere voluit per illā. Ipsa est apud deū aduocata nostra. que non potest sustinere repulsam. quia apud deum inuenit gtiā. Prouidens quippe erat. non sapientiā vt salomō. ñ diuitias. non bonores querebat. sed gtiā requirebat. Sola nimirum est grā qua saluamur. Sola gratia indigemus. Quid aliud concupiscimꝰ Queramus igitur gratiaz. sz per inuentricem gratie mariam. quia q̄ querit inuenit. z frustrari non valet. Ceterum qd quid illud est quod offerre paras deo. marie commendare memento. z quod offerre desideras. gratissimis illis z omni acceptione digniss imis marie manibus offerendum trade si non vis repulsaz sustinere. Nec formides ad mariam accedere. quia tanta gratia ē repleta. z spiritu sancto perfusa. vt fieret celsublimior fastigijs pulcrior. sanctitate gratiosior. Beniqz si diligenter intēdas in maria singulas virtutes. in ea prorsus iuenies singulares que videbantur eē communes. Que etenim vel angelica puritas illi audeat virginitati cōparari. que digna fuit fieri sacrariū spūssancti et babitaculum filij dei. Si rerum precia pensamus de raritate. supera oēs est illa. que prima proposuit angelicam in terris vitam ducere. z ppositum virginitatis imobile seruare. quia nec aliquatenus titubauit angelo filium promittente. Ascensiones nāqz in corde suo disposuit conuersatōne pariter z oratione. Ascendit deniqz in montana cum festinatione. Bicamus pie ascendit ꝑꝰ in templum vt ibi presentaretur z pro redēptione generis bumani patrem suum abscondito z cubiculo cordis oraret. Feruebat siqdē in querenda gratia caritas. splendebat i carne virginitas. in obsequio eminebat bumilitas. Merito pinde cantor ille diuinus in eius ammiratione precinebat. Que est ista que ascendit plane super bomines. ipos etiā angelos transcendit. Mimirū super angelos aquā viuā necesse est bauriat quā boibꝰ refūdat. O bñdicta iuentrix grē genitrix vite mater salutis fac vt per te suscipiat nos. qui per te datus est nobis. Fac benedicta per gratiā quam inuenisti. vt qui mediante te fieri dignus est particeps infirmitatis z miserie nrē. te quoqz intercedente participes nos faciat glorie et beatitudinis sue. xps filius tuꝰ dñs noster. q̄ ē supoīa bñdictꝰ deꝰ in secla amen.

CLXXXV.

De sancto Conrado.

Sanctus conradus de nobilib⁹ parentibus in alemania genitus & educatus est. Hic qa vir mlte bonestatis et bonor⁹ mor fuit advocat⁹ a notbingo eccie constantien⁹ epo toti epatui auditor pficitur causarū. Succedente aūt tempore in prepositū maioris eccie eligitur. Notbingo autē epo viam vniuerse carnis ingresso. vocatur sanctus vdalricus eccie augustensis eps & ab ipso corpus defuncti epi sepelitur. Qui clero et pplo triduanū indixit ieiunium vt benignitas dei illi eccie daret placētē sibi antistitem. Statuto igitur die quo ad electionem vel pot⁹ cōmunē inspiratione de episcopo pcedēdū fuit. sanct⁹ vdalric⁹ describit ipsū ppositū beatū conradū talē eē sicut ait apl's ad tbi. & tytū. Oportet episcopū eē irreprehensibilem. vnius vxoris virū. sobriū. ornatum. prudentē. pudicū. bospitalē. doctorem. non vinolētū. nō pcussorē sed modestū nō litigiosum. non cupidū. sue domui bene prepositū. filios babentem subditos cū omi castitate. Si quis domui sue preesse nescit. q modo eccie dei diligentiam babebit. Nō neophitum. non in supbiā elatū. ne in iudiciū decidat dyaboli. Oportet autē & testimonium babere bonū ab bis qui foris sunt. vt in opprobrium non incidat & in laqueū dyaboli. Item ad tbitū sic ait. Oportet enim epm sine crimine eē sicut dei dispensatorē. nō supbū. non iracūdum. non vinolentū. nō pcussorē. non turpis lucri cupidū. sed bospitalē benignū. prudētē. sobrium. austū. sanctū. ptinentē. amplectentem eū q̄ sm doctrinā est fidelem sm monē vt potēs sit exbortatione in doctrina sana. et eos q̄ cōtradicūt arguere. His oībus coraz multitudine a sancto vdalrico de ipso recitatis. oēs ibidē consenserūt. Unū ibidem rapitur trabitur et q̄zuis plurimū renitens eps instituitur. Cathedrali ergo insula sublimat⁹ sctūs cunradus pncipale sancte dei matris eccīam ditauit reliquijs preciosis & ornatu maximo. Insup tres pstruxit eccl'ias. vnam in ciuitate constantiensi. duas extra In quarū vna. s. in ecclesia beati mauricij sepulcrū dñi nostri iesu xpi simillimū illi qd̄ e in bierl'm cum multa diligentia cōstrui procurauit. Ubi etiam. xij. pbendas clericis ibidem xpo famulantibus in ppetuū instituit. Auxit nibilominus canonicor⁹ numer⁹ maioris eccie cū allodio ppij patrimonij. Cupiens etiam idem vir sctūs cū apl'o corp⁹ suū efficaciter castigare. tribus vicibus transfretans bierl'm ciuitatem sanctam adijt in q̄ loco cū passionis xpi et sepulture & resurrectiōis simul et ascensionis in deuotione maxia visitauit. Postmodū autē apud castrū louē cū sctō vdalrico existens. cuz vidisset in ipsa turbine aque pcellis bincinde spumātibus duas aues introeuntes mergi et exeūtes intellexit vir sanctus in spū duas aīas fore sub specie illarū auiū que ibidem obscelerū suorū aliqn̄ cōmissor⁹ multitudinez suū purgatorium sustinerent. Itaqz ambo visceribus misericordie moti vdalricus primaz missaz p defunctis celebrare non distulit. Cūradus autem ipa die scdam missā siliter p defūctis cōplere non pigritatus est. Et sic in eorū deuotione et solēni altaris oblatione illarū auiū species āplius nō viderūt. Gebbardo optimo adolescenti qui casu super episcopi sedē psederat ppbetat cunradus dicēs. Prematurе sedem meaz gebbarde occupasti. mibi succedet q̄ por te in bac cathedra sedebit vīd licet gamelon⁹. Sctūs etiam cunrad⁹ infra missarū solēnia p⁹ consecrationē corpis & sāguinis dñi nrī iesu xpi in die sctō pasce aranea m lapsam in calicez cū sanguine dñi fiduci aliter sūpsit. Cūqz terminatis rite missaruz solēnijs put dignissimū est. ipsa die ad prandium psedisset. attenuat⁹ corpe p sctām quadragesimā non comedit. Interrogatus a suis cur non comederet ait. Expecto bospitem in primo veniētē. Et inclinato capite super mensam exitū aranee prebet apto ore. Quā ta de tali aduentu q̄n pot⁹ miracl'o int̄ cunctos ibidem existentes fuerit leticia. null⁹ sane mentis ignorat. Obijt aūt beat⁹ cūradus eps p⁹ multarū exercitia vtutuz. vj. kal'. decēbris. anno dñi. nōgēteſimo. lxvj. epat⁹ vo. xlij. senex et plen⁹ dierū

CLXXXVI.

De sancto Hilarione

Hilarion sctūs mo nachus fuit. cuius vitaz virtutibus plenam scripsit bieronimꝰ. Huius parētes ydolis dediti ipse vt dicitur rosa ɔ̄ spinis floruit. Alexandriam missus et ibi grammaticam discens. ibidem etiam baptizatus est. Totaqz illi voluntas in ecclesie congregationibus fuit. Audiens nomen antbonij ī egiptum perzexit ad videndum eum. Quez vt vidit statim habitum mutauit. ⁊ duobꝰ mēsibus vix cum eo mansit. Contemplatus est enim ordinem vite sue. grauitatem morum q̄z creber in orationibus. q̄z bumilis in suscipiendis fratribus. q̄z seuerus in corripiēdis alacer in exbortandis. Talem etiam babuit ꝓtinentiam vt cibi eius asperitatez nulla vn q̄z eius infirmitas frangeret. His virtutibꝰ Hilarion instructus rediit ad patriam cū q̄busdam mōachis. Parentibus suis iaz defunctis. partem substantie fratribus. partē etiam pauperibus dedit. sibi nibil omnino reseruans. Erat autem annorū quindecim ⁊ solitudinem egressus est. sacco tantum coopertus ⁊ sagū rusticū qɔ̄ beatꝰ antbonius ei dedit cum ab eo discessit secum tulit. Tantum q̄ndecī caricas post solis occasuz comedens boc cibo cōtentus fuit a. xv. vsqz ad. xx. etatis sue annū. Estus ⁊ pluuias breui tugurio qɔ̄ iunco ⁊ caricibus texerat declinauit. Deinde breuem cellam parauit latitudine pedū quattuor. longitudine vero pedū quīq; vt sepulcꝝ potiꝰ q̄z domū crederes. Capillos sel' in āno videlz die pasche totōdit. Super nudaz terrā in stratu iūceo vsqz ad morte cubauit. Saccū q̄ semel fuit indutꝰ nunq̄z lauās nec mutās altero. nisi cū ꝑmo scissus eēt. Scꝑturas sctās quasi memoriter tenēs post orationē psalmos quasi deo p̄sente cecinit. Al. xxj. anno vsqz ad. xxvj. tribus ānis primis dimidie lētis sextariū madefactū aqua frigida comedit. alijs tribꝰ sequētibꝰ panem aridū cū sale ⁊ aq̄ sūpsit. Al. xxvij. vsqz ad. xxx. berb̄ agrestibꝰ ⁊ virgultoꝝ radicibꝰ crudis sustentatus est. Al. xxx. vnciā panis ⁊ coctuz modicū olꝰ absqz oleo comedit. Cētiens autem caligare oc'os. ⁊ totū corpꝰ in impetigines verti et punicea scabedine ꝓtrabi. ad sup̄positū cibū adiecit parū olei. ⁊ ℔ vsqz ad. lxiiij annū vite sue tali cucurrit gdu. nibil gustās pomoꝝ aut leguminū aut cuiusqz alterius delectabilis rei. Hic dum se videret corpore fatigatum et exitum crederet imminere. Al. lxiiij. vsqz ad. lxx. pane abstinuit īcredibili feruore mentis. vt eo tpe q̄si nouꝰ accederet ad seruitutē dei. quo ceteri solent remissiꝰ viuere. Fiebat autē ei sorbiciuncula de farina et cum minimo oleo cibo eius ⁊ potu vix quīqz vncias appendentibꝰ. Sicqz cōpleuit ordinem vite sue. Nunq̄z ante solis occasum. nec in diebus festis nec in grauissima inundatione vnq̄z soluit ieiunium. Igitur potētissimus in miraculis. sanctitate incompabilis. lxx. etatis sue anno cum absens eēt ecclesiasticus. qui eum semper familiarius dilexerat. q̄si ī testimonium testamenti breuem cartaz manu ꝓpria scripsit literatim omnes pecuniarias ei derelinquens quas babuit. videlz tunicam de sacco. cucullam et palliolum. Iamq; modicus calor in pectore erat. ⁊ quasi iā vix viuebat apertis oculis ꝑ loquebatur. Egredere q̄d times. egredere q̄d dubitas. lxx. fere annis xp̄o seruisti. ⁊ mortem times. Inter bec verba exalauit sp̄m. Statimqz corpus eiꝰ humatum et obrutum est. Sicqz et ipse oēs qui ad egrotantē venerāt rogauit. ne quidē punctum bore post mortem eius corpus eꝰ seruaretur. Post modum ecclesiasticus vir sāctꝰ cum periculo vite post. x. fere mensez corpꝰ eius furatus est. ⁊ in palestina deferēs mōachis crebris prosequentibus laudibus monasterio condidit cum tunica cuculla ⁊ pallio. toto corpe quasi adbuc viueret integro. ⁊ multo fragrante odore quasi optimis delibutum eēt vnguentis. in testimonium eius sanctissime vite ad laudem ⁊ insup̄abilez ip̄ius dei gloriam. q̄ viuit et regnat ɔ̄c. Festū autem ipsius recolitur. xij. kal'. nouēbris. q̄ vidē licet die. xj. milium virginuz ⁊ beate vrsule festum celebratur.

CLXXXVII.

De bistoria Karoli magni

¶Turpin⁹ remensis archiepiscopus sociusq karoli.xviij annis cum hispaniam ⁊ galiciam a potestate paganorum liberasset que vidit scribit Leoprando decano aquisgrani. ¶Primo quo sct⁹ iacob⁹ apl's apparuit karolo rogãs vt locum sepulture sue purgaret.⁊ viam ad locũ sui sepulcri prepararet.vt multitudo peregrinorũ ibi peccata deleret. ¶Promisit etiam se sibi fore adiutorem in omnibus ⁊ cum hoc vitam eternam in premio. ¶Conuersi enĩ fuerant multi p predicationẽ discipulorũ iacobi sed recidiuum passi sunt.⁊ fides xp̃i ibi deleta erat vsq3 ad tẽpus karoli.qui hispaniaz et galiciã xp̃ianã fecit per xp̃um. ¶Prima vrbs quam obsedit fuit pampilonia .tribus mensib⁹ nequiuit eam capere.quia inexpugnabiles erãt muri. ¶Orauit ergo.Bñe ihesu xp̃e p cuius fide huc veni da mihi hanc vrbem sãcte iacobe si vere est q̃ mihi apparuisti da mihi capere eam. ¶Tunc muri collapsi funditus ceciderũt. ¶Saracenos q̃ baptizari voluerũt viuere permisit.alios omnes occidit. ¶Quo audito.alie ciuitates miserũt ei tributum et se ei subiecerũt. ¶Et facta est tota illa terra sub tributo. ¶Visitato sarchophago beati iacobi venit petronũ ⁊ ibi infixit lanceã in mare dicens gratias. ¶Et addidit. ¶Hucusq3 nunq̃3 nisi nũc venire potui. ¶Tũc subiugauit sibi omnem galiciã et hispaniaz a mari vsq3 ad mare. ¶Item ciuitatem vnam obtinuit.in q̃ erãt xc.turres ¶Item lucernaz ciuitatem quatuor mensibus obsedit. ¶Quam capere non valẽs deum et sctũm iacobũ inuocauit. ¶Tũc ceciderũt muri e⁹. ¶Et est deserta vsq3 nunc cũ aliis tribus ciuitatib⁹ quas ipse dñs anathematizauit vt olim hiericho. ¶Omnia ydola deleuit preter vnuz.qđ vt dicũt saraceni macho meth quẽ ipsi colunt cum viueret in suo nomine fabricauit.⁊ demonum legionez arte magica ibi alligauit.que tãta fortitudine illud seruant q̃a nullo vnq̃3 frãgi potuit. ¶Cũ enim aliquis xp̃ianus ad illud appropinq̃t. statim periclitatur. ¶Sed pagan⁹ cũ orandi causa venerit.illesus abit. ¶Alius que sup illđ sederit.statim morit. ¶Est igit in maris mar gine lapis altus q̃ntũ potest cornus volare sursuz.infra latus et quadrat⁹.supra strict⁹ super quẽ est imago de auricalco optimo ĩ effigie boĩs fusa.super pedes suos erecta.facies habẽs vers⁹ meridiẽ.i manu dextra habens clauem magnã que cadet de manu e⁹ anno quo rex in gallia natus fuerit qui totã hispaniã xp̃ianã faciet. ¶Hoc qui viderint clauem lapsam.gazis suis in terram positis omnes fugient. ¶Ex auro qđ reges ⁊ prĩcipes dabant karolo similiter quoq3 pagani ipe karolus fecit templũ sancto Jacobo .et ornamẽta multa et canonicos instituit. ¶Similiter aquisgni de illo edificauit.⁊ multas alias eccias ¶Reuerso karolo pagan⁹ rex affricanus hispaniã sibi subiugauit.xp̃ianos multos occidit.quos karol⁹ rex terre custodes posuerat. ¶Quo audito karol⁹ rediit cũ multis exercitib⁹ ⁊ venit baionã vrbẽ vasconũ vbi romaric⁹ morãs cuidã consanguineo eius suũ equũ.⁊ cetera sacerdotib⁹ ⁊ pauperib⁹ distribuenda cõmisit.qui super se audiuit demones quasi rugit⁹ leonũ luporum ⁊ vitulorum.raptus per dietas.iiij.ductus ab exercitu karoli est inuentus. ¶Karolo in crastinum pugnaturo cuz argolando q̃ hispaniam reacq̃sierat.in sero parãt se milites karoli vt mane sint ad belluz prompti ⁊ bastas suas ante tentoria in pratis fixerunt in terra q̃s mane inuenerũt i corticib⁹ ⁊ frõdib⁹ decoratas ĩ tra radicatas abscidert eas ppe tra3 ⁊ ꝺ radicib⁹ postea creuit magna silua ¶Hoy baste floruerũt qui ipo die occidendi erant. et sctõy martirum numero inserendi. ¶Hũt autem tũc occisa.xl.M.⁊ dux milo pater rotholandi et equ⁹ karoli ¶Tũc stetit karol⁹ cũ duob⁹ tantũ militib⁹ ⁊ spata q̃ ꝺr gaudiosa m'tos paganos occidit. ¶In sero vtriq3 redeũt in castra. ¶Crastino venerũt q̃ttuor nobiles cũ q̃ttuor milib⁹ pugnatoy. ¶Vñ pagani fugiunt ⁊ karol⁹ in gallã rediit ¶Postea rediens iterũ cũ q̃ttuor milib⁹ militũ karol⁹ ⁊ boy baste floruerũt. ¶Qui let⁊ ꝑmi pugnerũt.⁊ paganos innũerabiles occiderũt.⁊ p⁹ ipi occisi sũt.et equ⁹ karoli. ¶Ubi stãs multos occidit donec fugerẽt pagani. ¶Itey mãdauit argolãd⁹ karolo bellũ.pñ karolus

venit cū.cxxxiiij.milib⁹.Tūc argolād⁹ ⁊ karolus multa simul locuti sunt de causa belli ⁊ fide.Inē que dicit argolād⁹.Pugnem⁹ p fide.Si vincar baptizabor.Vadūt ergo.xx. xp̄iani ꝯ.xx.paganos ⁊ occidūt eos Postea xl.et euenit vt p⁹.Postea.c.et factū est silūter Iterū mille.ꝛ sēp xp̄iani paganos occidert Tūc datis treugā venit argolanⁿ⁹ ad karolū baptizād⁹ dicēs karolo.Lex tua sanctior ē. Et p̄cepit oīb⁹ paganis vt baptizarēt.Illi cō senserunt.Tūc argolād⁹ vidit ordines īmē sa ⁊ quesiuit q̄ eēnt.Rñdit karol⁹.hos cē episcopos hos monachos.hos canonicos.hos paupes quos dicit eē nuncios dei. Tui ille. Male tractas nuncios dei tui.ꝓpter ꝟ nolo baptizari.Et abijt Hic notandū q̄ꝫ graue peccatū sit male tractare paupes.Propter ꝟ karol⁹ tāta leticia baptizandox est p̄uat⁹ Crastino karol⁹ pugnatur⁹ habuit.cxxxiiij. milia.argolād⁹.c.milia.Ibi occisus est argolanⁿ⁹ et sua.c.milia.Victores in sanguīe stabāt vsqꝫ ad bases ciuitatis.que mox capta ē paganis omnibus occisis.Tūc.M.xp̄iani nocte spoliauerunt mortuos karolo ignorante.Qui onustati auro et argento cū ad karolū redire vellent.a paganis q̄ fugerāt sunt occisi.et hoc fecit eis auaricia. ¶ Prīceps nauarrox mandat karolo belluꝫ.Qui orauit dñm vt ostendat sibi in illo bello morituros.Crastino armato exercitu karolus vidit rubeaꝫ crucez in humeris morturorū retro sup loricas.Quos oēs in oratorio suo retrusit ne occiderent.Peracto bello ⁊ occisis fere cētū milib⁹ paganox.Karolus q̄s in oratorio trusserat reperit mortuos.videlꝫ.c.l Tūc karol⁹ expugnauit totā patriaꝫ nauarrorū ¶ Postea dicitur karolo q̄ rex babilonis miserat contra eū de syria.xx.M. curruū.⁊ ipe de genere goliath qui vulnerari ñ poterat nisi in vmbilico vires.xl.fortū habuit Statura e⁹.xij.cubitox facies e⁹ lōga vni⁹ cubiti.digiti tribus palmis Qui omnes contra se missos portauit in ciuitatē otogorꝫ. Primo raynaldū.scdo constātinū regez romanox ⁊ aliuꝫ comitē.tres illos oēs simul leuās quasi pueros dextra et leua tulit ī carcerē.et.xx.pugnatores.quos similiter depor tauit.Rotblandus vero fixit eū in vmbilico Unde clamauit Machometh iuua q̄ morior.Accurūt ergo pagani et portāt eū in ciuitatez.Et sic xp̄iani cū eis mox intrauerunt et p̄fatū gigātē occidunt.⁊ ciuitatē capiunt. Rotholād⁹ gigāti predicauit de trinitate q̄ renti.Ebraā vidit tres ẓ.Itez in cubara cū sonat tria sunt.ars manus ⁊ corde.In amigdalo tria sunt corium testa nucleus Similiter in sole cursus splendor et calor. In rota plaustri.medium brachia circul⁹.In homine corpus anima vmbra.Sic vnuꝫ est tria. Ita in deo tres persone vnuꝫ sunt.Itez querit gigas quomō potuit v̄go parere.respondit rotholāduſ.Be⁹ qui fabe gurgulioni et arbori facit gignere vermes.multosqꝫ pisces ex aqua p̄ducit.vultures apes serpētes sine masculino semine facit prolē gignere. potuit idem deus et virginē facere parere.Be ascēsione querenti respondit. Rota molendini quantum ad ima descenderit de superius tantum ascendit econuerso.Aues de monte descendens redit in altum. Sol in orientē surgit ⁊ tendit in occidentē.⁊ iterum redit in orientem.Ita et xp̄s vnde descendit.iterū ascendit.Cui gigas.Modo pugnem⁹ pro fide.Tūc accidit q̄d in p̄mo capl'o dictum est q̄mō exercitus.Karoli facies eq̄rum linteis operuit.ne viderent laruas hostium. ⁊ obstruxerunt aures equorum ne audirēt timpana per que prius fugati fuerant quādo pagani fecerāt singulos viros āte singulos equos incedere laruatos et tympana p cutientes.Unde modo victoriā habuerunt Tūc karolus irrūpens vexillū in curru abscidit.alias enim nunq̄ꝫ fugissent.Et tunc occidit.viij.M.paganatox vrbē cepit.⁊ postea in hispania nemo karolū ausus est īpugnare Postea venit ad sāctū iacobū.et omnia destructa ibi reedificauit.statuitq̄ꝫ ad honorez sancti iacobi oēs reges et principes pñtes et futuros ep̄o scti iacobi obedire.Tūc ego turpin⁹ remēſ archiep̄s sancti iacobi eccīam et altare cum.lx.ep̄is karoli rogatu kal'.Junij. honorifice dedicaui.Et karol⁹ tūc dedit ecclesie sancti iacobi in dotem totam galiciaꝫ et hispaniam.vt quilibet possessor dom⁹ an

nuatim quattuor denarios persolueret. et ab omni seruitute regis et principum liber essz. et vt ibi sint pcilia. et virge episcopales. et corone regales p manus epi loci pbeant. Et vt beat⁹ iacob⁹ et iohes cū matre petierāt. vt vn⁹ sedeat ad dexterā. alt ad sinistrā xpi iohes in oriēte prōn⁹ est apō epbesū. iacob⁹ in occidente. romā aplicā sedē petr⁹ bz. merito. qa ipi erāt xpo p ceteris familiares. pncipal' tn est petr⁹. qa xps eū voluit eē pncipez apostolorum. Tante fortitudinis fuit karolus q quattuor ferraturas equi simul manibus facile extendebat. et milites armatū stantes sup palmam suā a terra vsqz ad caput suum facile leuabat. Tante largitatis q in qttuor festis curiā precipue habuit in hispania videlicet in natiuitate xpi in pascha pentbecos. et iacobi. Per singlas noctes eū custodiebāt. cxx. fortes. Prima noctis vigilia. xl. ei astiterunt. x. ad caput. x. ad pedes. decem. ad dexterā. x. ad sinistrā. dextra spatā nudam. sinistra cādelā ardentē habētes. Bmodo scdam vigliā. xl. similit. et. xl. tertiā vigiliā fecerūt. Qui plura de virtutibus ei⁹ scire voluerit cernat qūo rome impator fuit. eccias multas et abbatias instituit. sepulcrū dñi visitauit. mltorū sctōz corpa i argēto et auro locauit. Quomodo lignū crucis secū tulit vnde mltas ecclesias dotauit. Cū rediret karolus ō hispania. adhuc erant duo reges pagani apō cesarea augustā marsir⁹ et beligādus frater eius a rege babilōie de perside in hispaniam missi. qui karolo ficte subiacebant. Quib⁹ karolus mādauit vt baptizarētur vel tributū sibi mittant. Qui miserunt ei trigīta equos oneratos auro argento gazisqz hispanicis. et. cccc. equos vino dulcissimo oneratos pugnatoribus ad potandū. et mille saracenas feminas formosas. Nuncio vero karoli gamaleoni viginti equos oneratos auro et argento et pallijs dederunt. vt pugnatores in manus eorum traderet. Quod et fecit. Nūcius karolo munera tulit. Sed vinū et mulieres acceperunt pugnatores. Bixitqz rex marsirus q veniret baptizand⁹ Cui occurrit karolus cuz quinquaginta quinqz milib⁹ Venerunt et pagani. et horum viginti milia occiderunt xpiani. Similiter et xpianorum triginta milia a paganis sunt occisa propter ebetudinem animi et fornicationem eorum Ibi occisi sūt oēs pugnatores preter rotbolā dū et alios. v. Tunc rotbolandus cum. c. viris euasit et occidit marsirū. Ipe sol⁹ qttuor lanceis fixus euasit. Tūc marmoreum lapidem trino ictu in duas partes diuisit a summo vsqz deorsum gladio suo. quē voluit frāgere qn vidit se moriturū. ne pagani eundē gladium acciperent. Cornu suum sufflādo fregit et ceruicem colli sui lesit socios vocando. Cum sufflationē. karol⁹ audiuit venire voluit. sed prefatus traditor eum auertit dicens eum in venatione eē. Adhuc karolus necem et traditionem suorū ignorauit. Ad obitū Rotboládi venit Theodoric⁹ qui vidit cōpunctionem et orationem eius. Trib⁹ vicibus carnez suā tetigit dicēs. Et in carne mea videbo deū saluatorem meuz. Similit tetigit et oculos dicens. Quez visurus sum ego ipe ꝛc. Et ait. Memēto mei dñe quia p bonore tuo exul morior. Memor esto sociorū meoruz similiter occisorum prote. Tunc signans se cruce ait. Nunc videbo quod oculus non vidit ꝛc. Et sic expirauit sctissim⁹ martir xpi Rotbolandus. Ego turpin⁹ nesciens Rotbolandū defunctuz. ipso die obitus eius missam defunctoz presente karolo celebraui. xvj. kalēd. Julij. et raptus in extasi audiui choros in celestibus cantantes. ignorans quid hoc esset. Post hoc demones audiui quasi predam ducentes Quib⁹ dixi. Quid fertis. Responderunt. Marsirū ad inferna sicut Michael Rotbolandum ad celestia. Missa celebrata dixi hoc karolo. Cum hoc dicerem venit Baldezvinus super equum Rotbolandi dicens Rotbolā dum se reliquisse in agonia. Cito exercit⁹ venit ad funus. sed karolus primus inuenit eum exanimatum. bracbia super pectus posuerat in formam crucis. Tunc karolus irruit super eum. Quis planctū illius explicz Balsamo mirra et aloe conditus est. Et cuz eo ibi pernoctauit exercitus. Trigintaocto annorum obijt. Crastino armati vadūt ad locum certaminis vbi cum aliquis amicuz

ſuum ſemiuiuum reſperit.aliquis mortuū. oluerius defunctum inueniunt. quattuor palis in terram fixis extenſus.reſtibus retor tis ligatū a collo vſq; ad vngues pedū ⁊ manuū excoriatū.ſagittis.lāceis.ſpatiſ pforatū Totum nemus clamoribus impletur.quilibet ſuum amicum eiulando.Tūc karoluſ iurauit per omnipotentē q̄ curzere nō ceſſaret donec hoſtes inueniret.Et inuenit eoſ cenantes quattuor milia.que occidit.Stetit ſol immobilis.et prolongata eſt dies illa ſpacio trium dierum.Et inuento traditore gamaleone precepit eum Karoluſ.quattuor equis fortiſſimis totius exercitus alligari.et ſuper eos aſſeſſores agitantes contra quattuor plagas orb̄.Et ſic digna morte interijt. diſcerptus exemplo iude proditoris.Duodecim milia vnciarum argenti.⁊ viginti milia talentorū auri.veſteſ ⁊ cibaria data ſunt pro animabus defunctorum.Rotbolandꝰ in eccl̄ia romana ſepelitur.gladius eiꝰ ad caput ſuſpenditur.Omnē terrā circa opidum blauien̄.vj.dierū ſpacio vbi Rotbolandus ſepultus eſt.canonicis regularibꝰ qs ipe karolus reſtauraueratiuſſit dari.vt annuatiz in anniuerſario ſancti rotbolandi.xxx.pauperes omnibus neceſſarijs veſtiꝰ induerēt cibis reficerent.xxx.pſalteria ⁊ tot miſſas pro omnium defunctor aīabus occiſorum dicerent.de reliquo ipſi viuerent.Poſt hoc Karolus ſanctum Dyoniſiū honorauit.omnē frāciam eccl̄ie eius in predio dedit.et p̄cepit vt omnes franci p̄ntes et futuri etiaz reges paſtori eccleſie obedirent.⁊ quelibet domuſ annuatim quattuor denarios daret ip̄i eccleſie.Et ſtās apud corpꝰ beati dyoniſij orauit p animabus occiſorum in biſpania.⁊ p bis qui libenter prefatos denarios ſoluerēt.Nocte prima regi dormienti dyoniſiꝰ apparuit eumq; excitauit dicēs.Qui tuo exēplo in biſpania occiſi ſunt vel occidentur.omniū delictorum veniam impetraui.Similiē de q̄tuor denarijs grauioris ſui vulneris medicinam impetraui.Hoc karolus dixit omnibus.Tūc Karolus aquiſgrani mira matri dei operatus eſt.vnde prouocati ſunt etiaz ad bona facienda multi alij.Tunc mihi turpino mors Karoli reuelata eſt.hoc modo. Cum apud viennam die quadam in extaſi raptus orationi vacarem.pſalmum deuſ in adiutorium dicerem.demonū agmina p̄ce debant verſus lotboringiam. Cum omnes tranſiſſent.vidi vnum quaſi ethiopez greſſu tardo ſequentez.Cui dixi. Quo itis.Reſpōdit.Aquiſgrani tollere animam karoli.Cui dixi.Adiuro te per chriſtū.vt redeas ad me dicens quid actum ſit. Tunc paruz morati redeunt vt puſ ordinati.Dixi ergo ei cui prius dixeram.Quid egiſtis.Reſpondit Galicianus ſine capite tot lapides ⁊ ligna eccleſiarum tulit in ſtatera.q̄ plus appenderunt eius bona q̄z mala.et ideo animā eius a nobis abſtulit.Quo dicto euanuit.Et ego cognoui illa hora karolum eſſe defunctuz Ip̄e etiam quando ab inuicez receſſimus me rogante promiſit mihi ſi fieri poſſet nuncium mortis ſue mihi mitteret. Similiter ego ſibi de mea morte promiſi. Unde egrotans ad mortem precepit cuidam militi alumno ſuo vt mortem eius mihi nunciaret Quod et fecit.Quinto kalendas.Februarij obijt Anno domini octīgenſimo decimoquarto.

CLXXXVIII

De conceptione ſancte marie virginis.

Aſhelmus cantuarien̄ archiep̄us.⁊ paſtor anglorū coep̄is ſuis cūctiſq; ortbodoxis ſalutē ⁊ ppetuā i in dño bñdictōz.Cōceptio venerāda di genitricis ⁊ ppetue vginis marie. dilectiſſimi frēs quēadmodū p mlt̄or ſignor exp̄imēta in āglia ⁊ frācia ceteriſq; ꝓclimatib̄ celebrāda ſit.oli declarata.me narrāte audiat dilectio veſtra.Tpe nāq; illo q̄ diuīe placuit pietati anglorū gētē de mal' ſuis corrigere.ſueq; ſeruitutis officijs artiꝰ aſtrīgere.gl̄ioſiſſimo normānor duci guilhelmo eād̄e patriā debellādo ſubegit.Et regi eoz eraldo noīne impio ⁊ tyranno clericiz perſecutori ⁊ bonoris eccleſiaſtici ſubuerſori.reddidit in bello pro meritis talionem.Quo ceſo guilhelmꝰ factus dei virtute ⁊ induſtria ſua anglorus

rex totius ecclesiastice dignitatis honores i melio reformauit. Cuius pie intentionis operib⁹ inuidēs ille bonoꝝ oim inimic⁹ dyabolus. tū familiariū fraudib⁹ tū extraneoꝝ incursib⁹. mltotiēs conat⁹ ē e⁹ obsistere successib⁹ Sz dño optegēte ad nichilū ḋduct⁹ ē malign⁹ Audiētes aūt daci ágliā subiectā eē norman nis ḡuit indignati se suo q̄si hereditario iure priuari. arma p̄parāt. classē aptāt vt eos ad eūtes a data sibi diuit⁹ patria expellāt. Hoc cōpto guilhelm⁹ rex prudētissim⁹ belsinum q̄ndā religiosū abbatē rameliēß cenobij ad daciā dirigit vt inq̄rat veritatē b⁹ rei. At ille vir admodū sagacis ingenij strenue negociuz reg exeq̄tur. Quo fidelit pacto ad angliā reuerti cupiēs mare ingredit et iā maxiaz p; tē maris pspo cursu transierat. cū subito dē sis surgētib⁹ vndiqz vētis horrida tēpestas celū cōmouit q vndas. Fatigatis igit nautis nec vltra valentibus obniti fractis remis funibus ruptis. cadentibus velis. spes salutis amittitur. q nihil nisi submersionis indicium miserabiliter expectatur. Cunqz de salute corpoꝝ desperati aiarum curā solum; mō creatori suo magnis clamoꝝib⁹ cōmendarēt. q btissimā dei genitricem mariam miseroꝝ. s. refugium q desperatoꝝ spem. devote inuocarent. subito quendam venerande habitudinis virum pontificali infula decoratū. q̄si inter vndas naui p̄rimuz viderūt Qui aduocās ad se belsinum abbatem his verbis cepit compellari eum. Vis inq̄t periculum euadere. vis ad patriam san⁹ ire. Cū qz ille cū fletu in toto corde desiderare id solum expetere responderet. tunc ille. Scias i q̄t me ad te a domīa nostra ḋi genitrice maria. ad quam dulciter reclamasti directum. et si dictis meis obtemperare volueris. san⁹ cum comitibus imminens euades periculum maris. Spondet ille ilico se ei in omnibus obtemperaturum. si hoc euaderet periculum. Promitte inquit mihi q deo q̄ diez conceptionis et creationis matris christi celebrabis. q celebrandum predicabis. At ille. vt vir prudentissim⁹ et quis inquit mihi dies hoc festo erit celebrandus. Sexto ait yd⁹ decembris hoc festum tenebis. Et quo inq̄t abbas officio vtemur in ecclīastico obseq̄o. Omne inquit officium quod dicitur in natiuitate eius. dicetur in conceptione excepto q̄ nomen natiuitatis mutabitur in nomen conceptionis. His dictis ille disparuit. q ciuus dictu sedata tempestate. abbas cum suis incolumis cōcito flatu applicuit anglicis litoribus q quę viderat q audierat quib⁹ potuit notificauit. Statuit autem idem festuz in rameliensi cenobio solenniter celebrari. et ipse quoad uixit deuotis obsequijs solenniter celebrauit. Et nos ergo fratres carissimi si portum salutis volumus apprebēdere. dei genitricis creationem q conceptionē dignis officijs celebremus. vt ab e⁹ filio digna mercede remuneremur. qui cum patre q spiritu sancto viuit et regnat in secula seculoꝝ amen. ¶ Rursum bec solēnitas alio modo alibi declaratur. Temporibus namqz Karoli regis francoꝝ. clericus quidam ordine leuita vngarie regis germanus. beatam dei genitricem mariam toto corde diligere eiusqz horas cantare solitus. parentū suoꝝ consilio nubere volens cum quadam adolescentula valde. accepta a presbytero nuptiali benedictione die quadam missa etiam iā celebrata recordatus. quia eiusdem btē marie virginis horas die illa iuxta morez suuz non cantauerat. omnes ab ecclesia exire coegit. sponsam domum mittens. q ipe iuxta altare solus remansit. Cunqz solus dominice matris horas decantando hanc antiphonā scilz pulcra es q decora cantaret. subito apparuit ei domina nostra et perpetua dei genitrix virgo maria cum duob⁹ angelis dextrā eius et leuam tenentibus dicens ei. Si ego sum pulcra q decora quid est q me dimittis et aliam sponsam accipis. Nunquid non ego sum pulcrior illa. nunquid non ego suz optime formosa. nunquid non ego sum valde decora. vbi vidisti tam pulcram. Cui ille. Domina mea inquit claritudo tua omnez pulcritudinem mundi excellit. Tu es super thronos et choros angeloꝝ eleuata. tu es super celos celoꝝ exaltata. Quid ergo vis vt faciam. Et illa. Si sponsam inquit carnalem cui adherere vis amore mei

De conceptione beate marie virgīs.

dimiseris me sponsam in celesti regno ba-
beb Et si ꝯceptōis mee festa ānuatī.vj.yd9 d
cēbs solēnit celebraueris.z colenda pdicaue
ris mecū ī regno vnigeniti mei laureat9 eris
bis itaqz dictis.dña nrā ab ocul se vidētis di
sparuit.Cleric9 vo domū redire nolēs absqz
parētū suox ꝯsilio ilico abbatiā qndā ingres
sus monachi habitu decorat.Ubi p9 exigu
um tēp9 meritis beate marie semp vginis.q
diligentes se semp remunerat.decorat.et be
atificat.aqleie ep̄s patarcha fact9.festuz eius
dē ꝯceptōnis die pfato qzdiu vixit ānuatim
cū ppriis etā octauis diligent celebrauit.et
celebrādū pdicauit. Iteruz hec festiuitas
alit alibi declarat.In pago gallico canonic9
qdam ordine sacerdos.solicitus cantare be
ate marie virginis horas nocturnales a vil
la quadam vbi cum vxore cuiusdam adul
teratus fuerat rediens ad opidum vbi mo-
rabatur tendere curans.fluuiuz secane trās-
meare cupiens solus nauim ingressus.dñi
ce matris matutinas nauigando canere ce
pit.Cunqz inuitatorium.Aue maria gratia
plena dominus tecum.diceret.et iam in me
dio fluminis esset.ecce demonum turba v-
na cum eius nauicula eum precipitauerūt
et eius animam sicut promeruit rapuerunt
ad tormenta.Die autem tertio ad locum q
demones eam tormentis afficiebant, venit
beata virgo maria cum sanctorum turba di
cens eis.Ut quid mei familiaris animam ī
iuste afficitis.Nos inquiunt eam debem9
habere.quoniam capta est in nostro opere.
Si illius inquit virgo esse debet.cuius ope
ra faciebat.ergo nostra esse debet.quoniam
matutinas nostras dum vos eum peremi-
stis decantabat.Unde magis rei facti estis.
qrerga me iniq egistis.His itaqz dictis dmo
nib9 hucz illuc fugiētib9.scissima vgo aiaz
reduxit ad corpus.z per brachium hominē
ab vtroqz funere resuscitatū arripiēs.aquā
a dextris et a sinistris quasi muxx stare iubēs
de pfundo fluuij ad portū incolumē addu-
xit.At ipse gauisus pedibus eius prostrat9
ait ei.Karissima domina mea z virgo gra-
tissima.quid tibi retribuam pro tantis bene
ficijs que mihi fecisti.Precor inquit dei ge-
nitrix ne amplius in adulterijs peccata cadēs
conceptionis mee festa sexto yd9 decembs
solenniter celebres et celebranda denuncies
Hoc vt ipsa locuta est.celos eo vidēte ascē
dit.Et ipse heremiticam vitam ducens.qd
sibi acciderat.cunctis audire cupientibus e-
narrauit.et qzdiu vixit eadem festa celebra-
uit.et celebrāda predicauit.Et nos ergo fra-
tres karissimi hoc idem nostra autoritate e-
piscopali corroboramus.et precipimus.vt
nullus vestrum ita sit rebus temporalibus
aut proprijs delictis occupatus.quin bea-
te virginis venerandam conceptionem an-
nuatim celebret et eius horas per vnūquez
qz diem excepto die dominico vel die nouez
lectionum decantet.Unde etiam notandū
est q si aliquis ppter pcōx suox desperatio
nem dei officium facere noluerit dupliciter
coram deo reus erit Uno modo quia pecca
tum fecit.altero quia pro peccato suo deo p-
uire noluit.Hinc ad petrum dominus ait.
Si te peccatorem consideras.oportet vt a
te deum tuum non repellas.Deum a se re-
pellit.qui propter peccata bonum opus fa-
cere renuit.Sed nos peccatores eē recogno
scim9.oportet vt dei genitricē apud filiuz su
um exoratricem et auxiliatricem habeam9
Si enim aduersum nos summus iudex p
nostris facinoribus iratus fuerit.ipa nobis
potest facere filium placatum que euz genu
it.Nullus erit tantus peccator in hoc seculo
si ipsa filiū suum exorauerit pro eo.quin reci
piat veniam in futuro. Quidquid enim a
pio filio suo petierit. totum veraciter obtīe
bit Quid de theopbilo dicamus Theo
pbilus vicedominus cuiusdam episcopi ci
liciorum extitit.Hic postqz accusatus apd
dominuz fuit.et a pprio officio expuls9 pau
pertate contritus cuiusdam iudei concilio
qui cum dyabolo per artem magicam vso
loquebatur.christianitatem suam abnegās
eidem dyabolo semetipsum in seruum com
mendauit.Unde valde post exiguum tēp9
penitēs.in quadam beate marie viginis ba
silica p qdraginta dies ante eius imaginem
plorās vigilauit.Cui pre nimio labore z las
situdine pcū dormiēti apparuit btā vgo ma-

De conceptione beate marie virginis.

ria.7 corripiēs eū reddidit ei cyrographuz qđ dyabolo pfati iudei dedrat.qđ ipa dei genitr ab ipo vi abstulerat.Tūc theophil⁹ euigilās suppect⁹ suū cyrogphū positū iuenit. 7 mox crastina die ꝑ epo ciuib⁹ enarrauit.et statū idē epūs data sibi penitētia salutari 7 absolutiōe facta.duxit illū añ altare ad cōmūi cādū.Cū aūt corp⁹ xpi de manu epi accipet. descēdit super illū spūssāctus in specie solis 7 refulsit facies eius vt sol.Beniqz in pfata ta basilica tribus diebus totidēqz noctibus agēs deo 7 beate marie virgini gres.insistēs precibus 7 consilijs vt dies ꝯceptionis beate vginis marie vt ꝑdictū ē solēnit celebretur spūm đo reddidit.Ecce q2 btā dei genitr theophilū despatū ad venia reduxit.7 pfatuz p sbitex triduanū mortuū etiā a đmonib⁹ eripuit.7 ad vitā reuocauit.q̄nto ergo magfratres karissimi btōs faciet illos.q̄ eā assidue inuocabūt.si eos q̄ solo momēto eā inpellauerūt miserēs iuuit.Sāctionēses nāqz 7 romani e⁹ matutīas cū.ix.lectōib⁹ die sabbato rū bono more decātātes grām ei⁹ adq̄runt Nulli ergo sit pigr.nulli oneros cū celebrare e⁹ festa Sciēdū q2 sicī sctā ecclia colit natiuitas ei⁹.sic debet excoli ꝯceptio ei⁹.Sicut enī ad saluandū gen⁹ būanū olim fuit necessaria natiuitas.sic fuit ꝯceptio ipsi⁹.Nisi ꝯciperet minime nasceret Jussu dei ꝯcipit 7 nascit.Que nisi nasceret.mūdi redēptor ex ea ñ nasceret.Jmo si diuina generatio ꝑspiciat specialis ꝯceptionis ei⁹ forma maior ēe approbat q̄z natiuitatis.Sic ꝯceptio beate virginis maior ēe ꝯcludit q̄z natiuitas.Nā g̃ eiz est sctissimū corp⁹ vginis cū btissima sui aia quā de nibilo creauit de⁹ ꝯcipi 7 ꝯiūgi.q̄z p natiuitatē in esse ꝯtinuari.Sicut res maior est adā a deo creari q̄z filios ade đ matre naturaliē nasci.Cui⁹ ergo natiuitas sctā est.ei⁹ ꝯceptio non īmerito sctā erit.Quisquis igit̄ pful abbas 7 prelatus es.recole diligent̄ ei⁹ solēnia et cūctos iube eā colere.quia si eā toto corde amaueris nunq̄z a g̃dū tuo depositus fueris.In memetipo pbaui qđ ato.Erubescāt oīno insēsati q̄ tātū diē tantāq̄z sacrameta ac misteria tenebs ignorātie excecati respuūt celebrare.eo q̄ viri 7 mulieris copulatio in ꝯceptiōe vginis extitit.Si e⁹ ꝯceptionē idcirco q̄ carnal̄ extuit stultis nō placeat hodie celebrare.tñ diē illā 7 noctē q̄zuis sit mītis incog̃ta.7 tēp⁹ 7 horā spūal̄ ꝯceptiōis ei⁹.s.hodie celebrare delectet.q̄ ipe aiaz creatorē aiam sue matē dignā sctissimo corpi virginali e⁹ angel̄ mistrātib⁹ copl̄auit.Quam etiā diē ꝑmā nrē reparatōis 7 salutis.dispositorē nrē saluatōis inter cetos dies fecit ꝑelegit 7 sctificauit.Nā q̄ sūt due ꝯceptōes boīsoibus notū est peritis.Una spūal̄ alia carnalis.Una q̄dē q̄ carnal̄ copl̄atio viri 7 mulieris agitur.alia qua spiritualis anima noua et pura deo operante corpori diuinitus datur.et adunatur.Si non placet illis celebrare solēnia ꝯceptionis carnalis dominice matris placeat eis colere anime eius spiritualem creationem 7 corporis animeq̄z copulationem Ꝙ quanta est dies illa qua nostre reparatricis anima digna creatur.7 ꝯsecrat̄ 7 sanctissimo corpori vnitur.Nō est verus amator virginis qui despicit colere diē eius ꝯceptionis. Erubescant iterum insani qui banc diē colere nolūt idcirco q̄ alior sctōr ꝯceptiones minime colere ꝯsueuit ecclesia Maxima q̄ppe rusticitas ē eā aliis sctis in ꝟ cōpare.in q̄ de⁹ carnē assūpsit.quā etiaz supōes sctōs 7 archāgelos īcel̄ sblimauit Quānuis enim ceteris sanctis dies ꝯceptionis eorum non sit ꝯcessum vt celebrētur.illi tamē a spiritusancto concessum est que maior et excellentior cunctis est Dulcre et digne bāc dominationiez super ceteros sanctos illa debet habere.per quam omnes sancti sanctificantur et beatificantur.Dicitur enim xp̄us sanctus sanctorum et dicitur bec sancta sanctorum.Et sicut sine more summus rerū disp̄sitor super omnes sanctos 7 sanctas il'ā dignitatem ei tribuit vt verbum caro factū virgo concipet.et virgo pareret.et post partum virgo permaneret.sic ipse pre omnibus absq̄z more banc dignitatem illi iuste contulit.vt conceptionis 7 natiuitatis eius solennia sacrosancta in sancta celebrētur ecclesia. Quid longius.Conceptionē dominice matris colere est xp̄i generatōnem cōmemorare.nā vgis marie ꝯceptō.xp̄i gnatōis ē linea

De conceptione beate marie uirginis.

Quappter euāgeliū.liḃ generatōis .hac die
ſic in natiuitate dñi ãte matutinas laudes bo
no more ḋcãtam⁹.⁊ ad miſſã legi⁹.Merito
igit colit⁊ filij generatio.⁊ mat̃s ꝓceptio ꝙ̄ni
az ꝓceptio et natiuitas mat̃s generatō eſt filij
Celebrē⁹ ergo dignis officijs alacrit vtrãqz
ꝓceptōz ſpiritalē.ſ.⁊ bũanã.vt ipſi⁹ meritis⁊
ꝑcib⁹ a ſcl̃arib⁹ curis⁊ a cũctis vicijs merea
mur eripi⁊ ad gaudia paradiſi ꝓduci.ꝑſtã
te dño nrō ieſu xp̃o filio e⁹ q̃ cũ prē⁊ ſpũſctō
⁊ matre ſua maria v̄gine viuit⁊ regit de⁹ pi
finita ſcla ſcl̃oz amen

Ex ſermone anſhelmi

Principiũ q̃ ſal⁹ mũdi ꝓceſſit mihi ꝓſide
rare volenti occurrit hodierna ſolẽnitas q̃ ḋ
ꝓceptiõe btiſſime mat̃s dei marie mlt̃is i lo
cis recolit̃.Nec magni põderis eſt oẽ qḋ di
gnitati aut honori ei⁹ bũana laude deferẽ.ſi
meritis illi⁹⁊ inſignib⁹ cõpat̃.Tantoz nãqz
bonoz ꝓſũmatio q̃ ꝑ ipſã dñi matrẽ toti cre
ature ꝓuenerũt videt̃ admonere oẽm mẽtẽ
humanã pietatis affectu exordiũ ſuũ ꝓſide
derare.q̃z ſublime.q̃z diuinũ.q̃z ineffabile fu
erit.Nec mirũ .fũdamentũ ſiquidẽ⁊ q̃ſi qḋ
dã ſacrariũ ciuitatis⁊ habitaculi ſũmi boni
in ea ponebat̃.⁊ manſio lucis eẽne⁊ incorpa
lis quã corpalit̃ inhabitaret ille incorpore⁹
⁊ icircũſcript⁹⁊ creãſ ſimul⁊ viuificãſ omia
ſpũs.parabat̃.Btã igit̃ v̄go maria vera ma
ter dei futura ſicut eũ q̃ ſupra oia eſt incõpre
henſibil̃ verũ erat hoiem⁊ ineffabili mõ de
ſui ſubſtãtia v̄go paritura.ac ꝑ hoc in deita
tẽ illius trãſitura.ita non abſurde credi põt
primordia ꝓceptionis ei⁹ tante dignitatis ſub
limitate ꝓſignata vt bũanarũ ꝓceptio men
tiũ ea plene penetrare nõ valeret.Et ideo e⁹
dẽ ꝓceptionis dies feſtiuis laudib⁹ a cũctis
fidelibus merito celebret.Be ipa quippe mł
tis ſeculãnte ortum eius eſayam ſpũſctõ af
flatum dixiſſe conſtat.Egredietur v̄ga ḋra
dice ieſſe.⁊ flos de radice eius aſcendet.⁊ req̃
eſcet ſup eũ ſpũs dñi.Hec itaqz v̄ga que talẽ
ex ſe protulit florẽ nullo diſſentiente v̄go ma
ria fuit.Et flos q̃ de radice e⁹ aſcẽdit benedi
ct⁹ fili⁹ ei⁹ ſup q̃⁊ in quẽ oĩs plenitudo diui
nitatis eẽntialit̃ req̃euit.Hec igit̃ v̄go tãti fi
lij dignissima parẽs cũ in aluo ſue parẽtis na
turali lege conciperetur.q̃s non cõcedat de⁹
ſapientiam a fine vſqz ad finem pertingẽtez
cuncta implentem.cuncta regentem nouo
quodam et ineffabili gaudio celum et terrã
⁊ omnia que in eis ſunt profundiſſima ac in
effabili iubilatiõe pro ſua reintegratione quã
pillam ſibi euenturam diuina⁊ occulta in
ſpiratione preuidebant perluſtraſſe. Bz cũ ipa conceptio fundamentum fuerit habita
culi ſũmi boni ſi peccati alicuius ex pme p
uaricationis origine maculam traxit.q̃d di
cemus.vtiqz diuina voce ḋ rad hieremiã.p⁹
q̃z te formarem in vtero noui te.et anteq̃z exi
res de ventre ſanctificaui te.⁊ ppbetam i gẽ
tibus dedi te.Be Johãne quoqz angelus q̃
eum naſciturũ prenunciabat aſſeruit q⁹ ſpiri
tuſancto replebitur adhuc in vtero matris
ſue.Si igitur hieremias qui in gentib⁹ erat
ppbeta futurus in vulua ẽ ſanctificat⁹.⁊ Jo
hannes dñm in ſpũ⁊ v̄tute belie preceſſur⁹
ſpirituſancto eſt ex vtero matris replet⁹.q̃s
diſſerere audeat totius ſeculi propiciatoriũ⁊
vnica fili dei omnipotẽtis vex et dulciſſimũ
reclinatorium mox in ſue conceptionis exor
dio ſpiritusſancti gratia illuſtratiõe deſtitu
tum Teſtante vero ſacra ſcp̃tura vbi ſpirit⁹
dñi ibi libertas a ſuitute.Igitur omnis pec
cati liberrima fuit que omnium peccatorũz
propiciatoria aula in qua⁊ ex qua perſonali
ter homo fieret.ſpũſſancti preſentia⁊ opera
tione ꝓſtruebatur.

Ex decreto concilij baſilienſis

Sacroſancta generalis ſinod⁹ baſiliẽſis
in ſpũſcto legitie congregata.vniuerſalẽ eccl̃i
am repñtãs.ad ꝑpetuã rei memoriã. Eluci
dãtib⁹ grẽ diuine miſteria mercede gl̃oſã rep
miſit eẽna di pis ſapia dũ ait.Qui elucidãt
me vitã eternã habebũt.Qḋ etiam de glio
ſa v̄gine q̃ ipſã pat̃s ſapiaz dei filiũ eternum
in vtero pertulit ac mundo peperit.ſacroſãz
cta legit eccl̃ia.Nam q̃cq̃d de dignitate⁊ ſtz
limitate v̄ginis matris educitur i lucez.Bñ
dubiũ eſt ad laudẽ⁊ bonorem filij ſui ptine
re.Et q̃ bonorificant gratiã et ſanctitatẽ ma
tris bonorificant et elucidãt gl̃oſum nomẽ
filij eius.q̃ ipam ſanctificauit⁊ repleuit gr̃ia
Uñ ſi in ceteris rebus elucidatio veritatis

De conceptione beate marie virginis.

que a dño deo est p̄clara merita parturit. in ea re spāliē fructꝰ vbrumos inferre spectāda est q̄ sc̄ificatōez z dedicationē tēpli illiꝰ ꝓcernit. in q̄ ātē sc̄a anteq̄z terra fieret. z ab etno sibi mālioz ordinauit p̄ma z etna vitas. Jo: q̄z marie ꝓgruit. vt parū habeat in q̄stiōibꝰ ꝓcernēndis sc̄itatē illiꝰ p quā pax diffusa est i terris. Acteꝰ vo difficilis q̄stio i diuerꝑ mū di ptibꝰ z corā hac sc̄ā sinodo sup ꝓceptōne ipsiꝰ gl̄ose v̄ginis marie mat̄s dei et exordio sc̄ificatiōis eꝰ facta est. q̄busdā dicēdibꝰ ipaz v̄ginē z eꝰ aīam p aliq̄d tēpꝰ aut instās tēpis subiacuisse actualiē originali pctō. aliis aūt ecōuerso dicēdibꝰ a p̄ncipio creatiōis sue deuz ipam diligēdo g̃tiā eidē ꝓtulisse. p quam a mac̄la originali illā btissimā psonā liberāsz p̄seruans sublimioꝛi sanctificatōnis genere redemit. cū fūdaret eā ipse altissimus. z ipaz fabricaret filius dei patris vt esset mater eiꝰ in terris. Nos igitur vero diligēter inspectis autoritatibꝰ z rationibus. que iam a plūribus annis in publicis relatiōibus ex parte vtusq̄z doctrine corā hac sinodo allegate sūt aliisq̄z plurimis super hac re visis z matura cōsideratione pensatis. illam doctrinam differentē gl̄osam v̄ginem dei genitricē preuenientē z cooperante diuini muneris g̃tia singulari nunq̄z actualiter subiacuisse originali pctō. sed immunē semp fuisse ab omni originali z actuali ruga. sanctāq̄z z immaculatā. tanq̄z piā z psonā cultui ecc̄liastico fidei catholice. recte rationi. z sacre scp̄ture. ab oī: bus catholicis approbandā fore tenendam. z ap̄lectēdā diffinimꝰ z declaramꝰ. nulli ḋcetero licitū eē in ꝓtrariū predicare seu dicere.

dilatatas aut decoratas ornamẽtis. Alias enĩ antiquitate collapsas reedificauerũt. q̃s dam etiã destructas et ad nibilũ redactas in ꝑstinũ vl'etiã in meliorẽ statũ instauraue rũt. Et sicuti prudẽtes v̈gines oleũ sue misericordie ĩ diuersos effuderũt. vt merito dicere possint. xp̃i bon⁹ odor sumus in omĩ loco ✠ coniugiũ nõ voluptate sz bona volũtate copulatũ. ✠ sanctũ matrimoniũ vbi vna fides inuiolate castitatis. vbi vn⁹ spũs misericordie et veritatis. vbi idem velle in v̈tutib⁹ idemq3 nolle in vicijs. vbi nec ꝑmus nec alt̃ discerni potuit dum alter q̃d ꝑmus voluit. vbi par animꝰ ĩ multifarijs operũ effectib⁹ pares in duob⁹ ostendit affect⁹. quales has nuptias dixerim, nescio. vnũ scio. q2 nostra modo nescit regio tales. dũ ꝓpter regnũ celorz se castrantes. nec prolem terrene fecũditatis expectãtes. celibẽ a deo generationem reciperẽt. a q̃ore laus di nũq3 deficiet. ✠ Hec est generatio querentiũ dñm. q̃ viuentes in xp̃o mẽbra sua mortificãtes ꝓpter xp̃m. sup terrã morientiũ. mõ regnãtes cũ xp̃o. bona dñi sui vident in regione viuentiũ. ✠ Quoniã de vita et miraculis pij beinrici christianissimi impatoris z miseratõibus varijs q̃s fecit in domo dñi. de signis q̃z z miraculis q̃ post transitũ ipi⁹ ꝑ eũ fec̃ de⁹. satis ac digne scꝑta sancta recepit eccia nũc animũ pupugit ac in mentez venit vitã memorãde virginis nostre breuiter explicare. z memorie scripto cõmendare. vt ad exemplũ ei⁹ se intuentes quecũq3 v̈gines quecũq3 vere vidue ꝑfecte vite normã arbitrẽt ꝓuersatõz illi⁹. Indignũ eĩ nob z magis opẽ ꝑciũ digne duxim⁹ vt illi officiũ subtraham⁹ oris. cui⁹ puidẽtia q̃tidie alimẽta ꝑcipimus corꝑis. ✠ Heinrico itaq3 suo sue castitatis patientissimo sẽꝑ custode. vbi eã suis v̈ginẽ vti transduxerat. in xp̃o resignauit. ad celestia q̃ iugit̃ suspirabat gaudia trãslato. illa se ad deũ vt sp totã ꝓtulit ipz sue castitati. necessitati ac saluti adesse illũ suis ecclesijs. illũ filijs q̃s ei in ipo aggregauerat pñtez affore. aduocare. vigilis orationibus instare. die practicaz cum martha noctu ꝓtemplatiuã cũ maria vitã agere nõ cessabat. Quanta vero elemosinarũ largita te. quanta orõnis instantia. ꝓ beati coniugis defuncti aia desudauerit. in subscripta pagina quã ipa ꝑ se. nam lrãz et artiũ aliaz distinguere auro gẽmisq3 sacras vestes paratissima fuit. cõposuit z scꝑsit q̃cũq3 voluerit agnoscere poterit. ✠ Kunegũdis diuĩa dispensatõne solo imperatrix noĩe. specialit̃ dilecte ꝯgregationi in confugia. quicq̃d iuste conuenit dilectõni. ꝓprie aduersitatis sarcinam facilius. veluti estimo. tolerarem. si vestras res saluas incolumesq3 existere viderem. Quãuis enim mens procellosisq3 curaruz fluctibus vndiq3 quatiatur. vestre tamen recordationis anchora. a cordis profunditate non euellit̃. Et licet longe remoti ab oculis. ab animo tamen nunq̃z recedetis. quis nos separabit a caritate christi. casus doloris an longinquitas remotionis. Quĩ etiam si amisse facultatis vsus cõcederetur. voluntas hec operis exhibitione cõprobaretur. Ipum tamen modicum q̃ adhuc deo volente reliquum tenemus. vestre communioni alienum esse nolumus. vt participatione paruitatis reueletur magnitudo deuotionis. ✠ Mater nanq3 si paruz habuerit parum filijs tribuit. Ecce hec modici sumpt⁹ munuscula ad refectiõnem vobis mittũtur carnis. vt animã senioris patris vestri continua oratõnis alemonia reficiatis. quoniã tot iustoruz preces vnanimiter continuate apud deũ multũ possũt proficere. Iacobo attestante multum valet deprecatio iusti assidua. Ille etiam atq3 etiam iustus domin⁹ qui iusticias dilexit. equitatez supplicatõnis exaudire non respuit. sed vobis indefessis intercessoribus supradicti cari memoriã faciẽtibus. salutis dabit premiũ. quod ipe ꝑmittit dicens. qui perseuerauerit vsq3 in finem saluus erit. Atq3 bonuz opus in conspectu etiã dei placitũ eẽ cernitis si non solũ ꝑ illis qui in hac vita positi. multa vobis dona. sz q̃ nulla fecerũt oraueritis. ✠ Obsecro ergo vt eũ a cordibus vestris nũq3 abijciatis. q̃ vos tanq̃z ꝓprias amauit. atq3 hũc locuz vestra seruitute florere voluit. Estote quoq3 mee necessitatis memores. sẽꝑ ĩ hilaritate cordis misericordes. fm illd apli. dilectio sine simu

latõne. Hec nõ vestre mentes in quadã mutue caritatis soliditate magis ac magis cõ; crescãt. qten⁹ in die tribulatõnis clamorẽ vestrũ ipi⁹ aures exaudiãt. q̃ dic̃ vbi duo l' tres ꝓgregati fuerit in noĩe meo in medio eor̃ sũ. Nõ vos oĩ modo ꝓmereri honor eodẽ pstãte q̃ cũ prẽ z filio z spũsancto viuit et regnat poĩa secla sc̃or̃amen. ¶ Beniq; conrado sibi succedẽte in regno. ipa curis secularib⁹ sic̃ iamdiu desiderauerat exonerata. iam in ipo aniuersario die trãsitus sc̃i heinrici. archiepos cũ epis ad dedicatõem confugiens ecclie ꝓuocauit. vbi inter missar̃ solẽnia iperiali decentissime oĩ ornatu culta ante pncipale altare virgo deo deuota processit. ibiq; thesaurũ incõparabilẽ. ligni videlicet dñici crucẽ. paruã q̃dem in materia. sz maximam in vtute dñi obtulit. ¶ At vbi lectio euangelij in q̃ sup arborẽ crucis ascendens ꝓspicientẽ se ibm suscipe. et ab eo bñdictõnem pusillus meruit accipe lecta fuit regalem purpuram exuens. tunicã fusciorẽ quã ipa sibi manib⁹ suis opata fuerat. sacerdotali bñdictõne data. vestẽ religionis induit. z multis quidem p se flentib⁹. pro illa ãt gaudentib⁹ q̃ iam seculũ damnasset in vestib⁹. capillis q̃ bucul; q; in eodem monasterio p veneratõne seruãt̃ pcisis. imposito sibi ab epo velo anulo fidi subarrata. gratulabũda succinuit. Ido fuit signũ in faciẽ meã et anulo suo subarrauit me dñs me⁹ ihs xps. Ita spõso xpo cõsecrata dũ filiar̃ suar̃ se sc̃issimo cõtubernio applicuisset. non vt mater filiab⁹ se pferebat. sz oĩb⁹ in seruiẽs. seruilẽ psonã se ostẽdebat. ita tñ vt cũ oĩa faceret. ostentatiõem fugeret singulor̃ũ. ne reciperet in pñti seculo mercedem suã. ¶ Operabat manibus suis. sciẽs scriptum eẽ. qui nõ operat̃ nõ manducet. Spõso suo aut orans loquebat̃. aut psallens ad eccĩe limina pene inuisa properabat. nihil seueritate illi⁹ iocundius. nihi iocunditate seuerius. tristis in risu. in tristicia suauis. breue vite spacium eterna memoria compẽsabat. Idem illi oratõnis locus et quietis fuit idẽ sp habitus. incultum corpus. dum sciret reiciendas delicias corporis quod paulo post permibus exarandum fuit. semp eam legere aut legentem audire vidisses. multa illi circa ꝓtubernales deuotio. frequens decubãtiũ visitatio solicita pauperũ ꝓsolatio.

¶ Preterea eam fecisse plura miracula credim⁹. sed q̃ gloriã humanã et oleũ adulationis semp fugeret. illa voluit esse suppressa. aut incurie hoĩm seu reuolutõni temporuz non defectui deputandũ virtutũ. Ñ etiaz tãte maiestati indigna scribendi minor materia fuit. pauca tantũ q̃ in scptis reperim⁹. vl' veridica sanctimonialiũ vbi illa pro xpo militabat relatõne cognouim⁹. hic inserere dignũ duxim⁹. Cum post oratõnis frequẽtiam inter lectionis lassitudinẽ ancilla xpi in lecto non plumis extructo. sed cilicio strato membra sopore grauata remisitz. puella sacra q̃ de more illi assidebat. sacros codices legens. cum vere ad mediũ noctis lectionem extenderet. caligantes oculos clausit. lumen q; e manib⁹ elapsum. paleas corripiens sui fragore circũiacentes sorores excitauit. clamore ex ꝓcussu facto virgo christi de somno excussa. duz colluctantes inter se flãmas circa se aspexit. ad oratõnis arma se conuertit. et signo crucis adustionẽ illam absq; omni suarum lesione vestium auertit. Tua ꝓ christe opera qui babilonem regem in suo furore confudisti. et babilonios ignes. vt pueri tui liberarentur illesi. ¶ Aliud miraculum tam timendũ q̃z mirandũ huic placuit subscribere. in quo animi illius ꝓstantiã et rigoris seueritatez discere poteris. Habuit secũ sororis sue filiã iutam noĩe. quaz a ꝑmis annis educatã oĩ disciplina secular̃ũ q̃z lrar̃ scientia instruxerat. Hec materterã non minus religionis q̃z dilectionis amore in monasterio secuta. et consecrata fuit. Hanc in omnibus plene instructam. vt eius in orationibus. vigilijs ac ieiunijs pseuerantiã et a dño patientiã perspexit. omniũ assensu et rogatu ꝑmã in ipo cenobio eam abbatissaz prefecit. Cum virgo mater filiam suscipiens iuxta commonitõnem sanctam iam duduz habitam precedentium patrum repetens alloquia. monet ob salutis affectum vtilia ac deo placita sepe dicere. frequenter audire. solitas religiosi itineris vias nõ deserere.

magis magisq; errorū deuia.ꝛ dyaboli cal-
care figmēta.nullā luci ac tenebris. veritati
atq; mēdacio.turpitudini atq; egestati. apō
dei seruos docet eē cōmunionē.solicite caue
re ne vana sectādo desineret eē templum dī
fieret habitatio tenebrarūq;. fieret demonis
monumentū lumia sua in dei defigere aspe
ctū. Primāq; docet facere vt fructū doctri
ne sue ipa in illis deo adiuuāte possit īueni-
re. Hec ꝛ hmōi itex atq; itex materno studio
ei inculcans.q̄i in oīb⁹ iā pfectā ꝛ ipa magi-
strā venerari cepit. Illa vbi ī matura liberta
te posita est paulatim a rigore suo deficere.
meliorē cultū.lautiorē cibū.vicioꝝ alimēta
desiderare.vltima in choro.ꝑma ī cōuiuio.
puellarū fabulis interesse.ꝛ in oīb⁹ laxius
se agere cepit. Pro hmōi leuitatib⁹ dū eam
sancta dei ꝑuatum inter se.publice corā om-
nib⁹ argueret.sepius obsecraret. increparet
nec illa velut materterе patrocinio aut fami
liaritate vane ꝓsa emēdarat.q̄daꝝ die cum
ipa cū cōuētu crucē.nā dies dñic⁹ erat.seq̄t.
abbatissa defuit.quā illa inquirēs ꝛ epulātē
cū coeuis ī cōclaui reperiēs.zelo pietatis ar
mata cū vbo correptiōis dextrā maxillā ei⁹
ꝑcussit.q̄ q̄i sigillū q̄dam formā digitoruꝝ
accepit.qua oī tēpe vite sue nō caruit. Be
q̄ nimirū facto ꝓstat.q; nō tantū ꝑ se ꝛ alio-
rū emendatōe ꝓ ꝑtulit.vt h⁹ visio alijs pro-
ficeret.ꝛ ad melioris vite statū a vicijs suis
retorqueret. Forteꝛ illud detractorib⁹ fa
buloſuꝝ et infidelib⁹ videre ridibile putabit
q; sanctitatē illi⁹ quaꝝ grā būilitatis ipa bo-
mines latere voluit elemēta loquūt. Beni-
qꝝ cū post lectōeꝝ euangelij suo solēni more
ad altare sacrificatura accederet.dexteꝛa ma
nus sue cirothecā detrahens.cū null⁹ q̄ reci
peret adesset.a se reiecit.quā radi⁹ solis ꝑ fe-
nestre rimulas ītrans suscepit.et tādiu q̄i fa
mulādo sustinuit.donec illa post sacrificiū
redieēs eā reciperet. Tale et q̄d in beati veste
goaris aliq̄n diuina vtute ostensū fuisse le-
gīt q̄ dū a sede rustici treuerensis pontificis
despicit.a sūma maiestate ꝑ maioris lumīa
ris famulatū honorat. Omnū itaq; capax
erat meritoꝝ.q̄ indicē cunctaꝝ meruit habe
re virtutū. Quindecim in sancto proposito
supuixit annos.tam būilitatis grā q̄ꝝ pro re
ligionis reuerentia oīb⁹ admiranda. Tādē
ꝑ nimia ciboꝝ abstinētia.oꝛōnis ꝛ vigiliaꝝ
incredibili ꝑseuerantia cepit corpe langue-
scere.et ingraueſcente morbo paulatim defi
cere.sed dū mēbra dolore ꝓtraberent exteri⁹
tīn spū q̄ laus dei in ore ei⁹.sp ꝓfortabat in-
terius. Vocabat sāctos angelos quoꝝ ꝗ vi-
ta illic nūc ꝓsortio fruitur.apl'os ꝛ ꝓfessores
quoꝝ fidem semp ꝛ ꝓfessionem tenuit. inter
pellabat.virginū xp̄i in suo exitu inuitabat
choꝝ quarū emulatōne in carne dum ꝑter
carnem viueret.immaculatū christo conse-
crauerat choꝝ.omniū deo famulantiuꝝ sibi
adesse sibi occurrere orabat auxilium. Ve-
re quod scptum est.timentibus deum om-
nia cooperantur in bonum. in obitu tante
virginis vidimus comprobatū.necduꝝ spi-
ritum exalauerat.necdum christo debitum
reddiderat vitam. et iam fama volās canti
prenūcia luctus.nō tantū sacratas virgines
aut diuersi ordinis viros.sed ꝛ totius vrbis
ꝑl'os ad exequias cōgregabat. Sonabant
psalmi et totā domū vbi sacrū corpusculū ī
medio supillo nobili sui cilicio cōpositū ia-
cebat ī sublime resonās letania ꝑ exeūte aīa
quatiebat ¶ Interim ex more regales tanq;
impatrici.nō vt paupcule debent sororī.pa-
rant obsequie.aurea feretro obtendēda pfe-
runt velamina. Cū illa pallētes vult⁹ quos
ante vt sponso venienti letos videres ad os
retorquere.manu annuere.amictus iste ait.
nō est me⁹.auferte hinc. Ornat⁹ ꝓ alien⁹ est
bis terreno sponso.istis celesti sū copulata.
nuda de vtero matris mee egressa sum.nu-
da regrediar illuc. bis misere vilem carnis
materiam inuoluite.ꝛ corpusculum meum
iuxta tumulum fratris mei ac domini hein
rici imperatoris quem me vocantem video
in proprio locello reponite. His dictis in
manū domini spiritum commendans car
nis sarcina abiecta.ad suū anima reuolauit
auctorem.et in antiquam possessionem diu
peregrinata conscendit.terris matrem com
munem se amisisse flentibus. celis autem
conciuem in suū consortiū se suscepisse gau-
dentibus. Ita demū sacro illo corpe feretro

De sancta kunegunde.

suppositonobiliū ordīe ꝑeunte.multis bīc
inde ꝓfluētibꝰturmis.cū illo sibi sp familia
rissimo pauperū ꝓtubernio.ad locū ꝑdesti
natū sepulture felicef exequie vsqz delate sūt
Cū vo relictas vrbes.vacua rura.desolatas
ciuitatef.vndiqz ꝓcurrere ꝑplos videref.ma
tres puulos suos in brachijs gestātes.infir
mos ī grabatis iacētes.sanitatis grāz spera
re.felicē se credere.sicui aut feretro tūgi.aut
ab ipo ꝓtigisset obūbrari.Tandē in eccleſiā
beati petri corpꝰnō sine labore deportatum
triduanas ibi meritis suis ac bñficijs cōdi
gnas habuit exequiaf.filij q̄s ipa illic in xpo
aggregauerat.de matris pace iā securi.ꝑ se
āt solicitī incessanter psallebāt.dū eā sibi ad
horā subtractaz sine timore amissiōis in spe
ꝑpetue intercessionis recepisse plaudebant
mater de celo filioꝝ ꝓspectās affectū gaude
bat.Ita velatū sacruz corpꝰ sacris vestibus
dyademate xpi suppositō.suo loculo ī dexte
ro latere sic̄ bacten venerat reposītum est.
O felix bābergensis eccīa.recepisti thesauꝝ
quē amiseras.procax ⁊ malifica lingua de
tractoꝝ occultoꝝ testimonio ꝓfutata ē.dum
ꝟginitas eī rebus approbata.sanctitas cla
rescentibꝰ signis videt testificata.ꝑ christuz
dñm nostrū ¶ Christiane religioni pficiēs
fidelis eccīa.q̄ in euangelio voce dñi testāte
dei mater ⁊ filia ꝑ grām noīat. ¶ Mater.qz
sancte opatōis exemplo filios dño generat.
Filia.qz ꝟginis filio ꝑ salute mundi īcarna
to.eruditōne sanctorū patrum quotidie ge
neratur.salutem missam a domino celestis
archiatri.effectibus medicine plenam tam
corporis auribus animaduertat. ¶ Mun
dane machine conditor.humano generi ꝑ
inobedientiam lapso condolens. vt eterne
vite fructꝰ facientem nouam plantatōnem
scz ꝓmitiuā eccīam insereret.patriarchas ⁊
ꝓphetas in mundū mittere dignatꝰ ē.Qui
creditū sibi officiū q̄nqz corpis sensibꝰ.sexto
quoqz qui est spūs ꝓphetie.misteriū incar
natōnis xpi.et omia que de ipo annūciāda
erant p̄dicātes.alij asperitate vite.alij diuer
sis penarum mortibꝰ.ipi quem ꝓphetabāt
famulatū suum fideliter impleuerunt. Ho
rum limes xps eterni patris consilio pro li
berandis hominibꝰ de intemerate virginis
vtero processit.vt iam inchoate plantatōni
missis ꝑorbem apostolis atqz de suo corpe
fuso cruore fabricatā.nouellā supedificaret
eccīam.q̄ sancte trinitatis fide imbuta.⁊ mū
data baptismi grā.martyres.confessores. et
infirmi sexus virgines.animo tñ cōstantes
ꝑmitias obtulit. Inter quas beata kunegū
dis flos bambergensis ecclesie. cum sancto
heinrico qui romanū tenuit imperium.sub
coniugij specie.immortalī sponso caste ꝟgi
nitatis honore deseruiuit.vnde iam eiꝰ san
ctitatis merita ꝑorbem manifesta declarati
one apparent. quia in loco vbi sanctum cor
pus eius quiescit.infirmi quacūqz laboran
tes egritudine sanitatem recipiunt. Vtaūt
ad omia cautissimi testes simꝰ. vitatis ama
toribus etati nostre succedentibꝰ de bis que
scribimus curiose indagantibꝰ.scz quo tpe
curationuz opatōnes meritis p̄fate impera
tricis initiū habuerūt.largiente dño prout
possumus explicare volumꝰ. ¶ Anno do
minice incarnationis millesimo centesimo
octogesimonono. Indictione.ij. Thiemone
tertiodecimo bambergēſ eccie ep̄o.q̄rto p̄
tificatuf sui anno.ad vincula sancti petri.ne
de sanctitate p̄dicte virginis ambigeremus
signoꝝ experientia certificati sumus. Nā duz
soluto more ꝑplus ad p̄dictū locū orationuz
et vigiliarū causa ꝓuenisset.affuit eī quidaz
demoniacꝰ de villa q̄ dr beirreut.q̄ nec pieta
tē agnoscēs nec scelus abhorrens.filiū suuz
igne cremauerat.Duris funibꝰ astrictꝰ ad
sepulcrū sancte kunegundis ita mansuesce
re cepit.vt furiali morbo absolutꝰ.deū omī
potentē laudaret.eiqz cuiꝰ patrocinātis me
ritis ꝟ accidisse cognouit.cū caterua q̄ p̄sēs
extiterat.debitas laudes declamaret ¶ Igi
tur dū ꝟ cū solēnitate chori et ꝑpli deuotiōe
agerent.quidā ꝓtractꝰ in suburbio de hospi
tali sancti egidij adductꝰ sanitatem postula
bat.et misericordiē exaudit qđ p̄cabat obti
nuit. ¶ Dum signoꝝ fama totū bambergē
sem locū resperlisset.ꝓtractꝰ de domo contra
di p̄positi maioris eccīe sanitatē affectans.⁊
q̄zuis natura nu mēbris eiꝰ oberrasset.tñ put
potuit velociꝰ reptans. venerabili sepulcro

se ingessit.vbi a dño salutē optataz inuenit. ¶ Audiēs ꝟ et ꝓtract⁹ de domo ottonis in ea dē eccīa canonici.venit q̄ntot⁹ ad locū sepulcri.sperās sibi ex bñficio grē sicut ceteris subueniri.cui sine mora subuentū eē in xp̄o testamur.

CCVII
De sancta Dorothea.

¶ Agola uirgo et martyr Dorothea.ex patre Doro ⁊ matre thea fuit ꝓgenita.ex nobili sanḡne senatorū.Illis tpib⁹ viguit psecutio xp̄ianoꝝ in ⁊ra romanoꝝ.Uñ ipe dor⁹ spernēs ydola .romana derelinquēs p̄dia cum possessionib⁹.agris.vineis.castris.ac domibus.transfretauit cū vxore sua ⁊ duab⁹ filiabus cristen ⁊ calisten.prexit ī regnum capadocie.veītqz ī ciuitatē cesareā ibiqz habitās genuit filiā de c⁹ vita nc̄ ītēdim⁹ loq̄.Et ipa genita ꝑm morē xp̄ianoꝝ occulte baptizata ē a q̄dā ep̄o sctō q̄ nomē ei iposuit ex patre ⁊ matre cōpositū.Dorothea āt ipa puella repleta ē spūsctō.vtutib⁹ et oī pacis disciplina ibuta.formosa valde sup oēs puellas regionis illi⁹.Q̄ uid⁹ serpēs inimic⁹ castitatis dyabol⁹ nō sustinēs.fabriciū ⁊re p̄sectum in amorē vginis dorothee stimulans.vt ipam carnali ꝓcupiscētia appeteret.Qui mittens p ea sponsalia thesaurū et res absqz cōpoti determinatōe p dote p̄dere ipam legitimo thoro p̄ducēdā.Audiēs ꝟ dulcis dorothea q̄ lutū ⁊re despiciēs ⁊renas diuitias ⁊ ītrepida se xp̄o desponsatā fatebat.Q̄ audiēs fabrici⁹ furore succēsus.mox eā ī doliū plenū feruentis olei mitti iussit. Ip̄aqz adiutorio xp̄i illesa manēs ac si balsamo vngeret.Q̄ dā ti āt paganoꝝ videtes ꝟ miraculū ūra se ad xp̄m ꝙuertūt.Fabrici⁹ vo credēs ꝟ magicis artib⁹ fieri.ipam in carcere recludit.nouem dieb⁹ absqz ciboꝝ alimētis .q̄ nutrita a sctis angelis .dū p̄ducit ad tribunal pulcrior q̄ nūq̄z visa fuerat apparuit.cūctiqz mirabant q̄ tot dieb⁹ absqz cibo tam formosa videret. Fabricius vo dixit Misi deos in p̄nti adores eculei penas nō euades. Dorothea respondit.Deum adoro nō demonē.dij enī tui de-

mones sunt.et pstrata in terrā.eleuatisqz in celū oculis.orauit ad dñm vt oñderet oīpotentiā suā.et q ipe sit sol⁹ deus.et nō ali⁹ preter eū.Erexerat nāqz fabrici⁹ colūnā ⁊ de super ydolū et ecce multitudo angeloꝝ cū impetu veniēs ꝓterit ydolū.q nec pticula colūne īueniret. Et audita ē vox demonū p aera clamantiū.Dorothea cur nos sic deuastas et multa milia paganoꝝ ad xp̄m manifeste ꝙuertebant.q̄ et martyrij palmā ingressi sūt Ip̄a āt dorothea eculeo ē suspensa.pedibus eleuatis.vncis lacerat corp⁹ ei⁹.vgis castigatur.flagellis flagellat.deinde ad mamillas vgineas facule ardentes applicate sunt. et ip̄a semimortua vsqz ad crastinū recluſa est.Be mane producta nec vlla macula nec vlla lesio apparuit.de quo et cū ipe p̄ses miraretur dixit ei.Adhuc reuertaris o amena puella.satis nāqz castigata es.et misit eā ad duas sorores suas cristen et calisten q̄ metu mortis a xp̄o recesserant.vt ipe dorothea sorore ē suā a xp̄o auellerent.dorothea aūt leniter alloquens p̄dictas sorores auferēs ab eis cecitatē cordis.et eas ad xp̄m conuertit. Q̄ audiēs fabricius ambas sorores dorso ad dorsū ligari fecit.et in ignez piici ⁊ cremari.Et dixit dorothee.Quousqz maleficia nos protrahis.aut sacrifica et viuas aut sniā capitali plecteris.Illa leto vultu rñdit.Quic quid vis passura suz p xp̄o dño ⁊ spōso meo in cuius orto delicie et rosas cuz pomis colligā.et letabor cum ipo in eternū.Hoc audiens tirann⁹ in sei p̄m infremuit. p̄cepitqz vt pulcritudo eius et facies eius baculis et fustibus cederet.et vt tortores fatigarent.et q p nec vestigia faciei in ipa apparerent ⁊ in carcere seruata in crastinū.Be mane vero producitur illesa a saluatore nostro curata sententia capitali iudicat.Et dum extra muros ducitur videns eam theophilus ptbonotarius regni.q̄ illusorie rosas ꝺ viridario spō si sui petens sibi mitti. Quod illa promisit. Cum autē venit ad locum decollatōnis.rogauit dñm p omnib⁹ q̄ ad honorez sui nois sui memoriā passionis peragerent. vt in oībus saluarent tribulatōibus.et p̄cipue a verecūdia.pauptate.⁊ a falso crimīe liberarēt.

et ī fine vite ꝓtriū ꝛ remissionē oīm pctō obtinerēt. mulieres vo pietes nomē ei⁹ iuo cātes celerē sentiāt ī dolorib⁹ pfectū. Et ecce vox ō celo audita ē. veni electa mea oīa q̄ pe tisti ipetrasti. Dorothea vo īclinata adictū spiculatoris. apparuit puer purpura indut⁹ discalciat⁹. crispo capite. ī c⁹ veste auree stel le fuert. ferēs ī manu ozariū. i. sportulā cū tri bus rosis. et tot malis. Cui dorothea. Obse cro te dñe mi. feras eas theophilo scribe. et decollata ē. et ad xp̄m suū spōsū felicit collo cata ē. Ipassa ē ät gliosa vgo ꝛ martir doro thea. āno dñi. cclxxxvij. Id⁹ februarij. a fabri cio p̄side. sub dyocleciano ꝛ maximiano īpe ratorib⁹ romanoꝝ. Theophil⁹ ät stās ī pala tio p̄sidis. ꝛ ecce puer apparuit ćca eū ꝛ sustu lit eū ī ptē dicens. Has rosas cū pomis mit tit tibi soror mea dorothea de paradiso spō si sui. Ipuer vo disparuit. Tūc theophil⁹ p rupit ī voces laudādo ꝛ glorificādo xp̄m de um dorothee. q̄ mēse februario. dū mag̃ fri gora ẗrā cogebāt. nec aliq̄d vgultū frōdib⁹ vestit rosas et poma q̄b⁹ vult mutē potēs ē cui⁹ nomen sit bn̄dictū. Et illi⁹ affirmatōe ꝛ p̄dicatōne fere tota terra ꝙuertit. Videns ꝟ tirann⁹. pluribus generib⁹ tormētoꝝ q̄z do rotheā cruciauit. Ultimū vo in pticulas mi nimas succidi iussit. ꝛ volatilib⁹ ad mandu cādū pjcit. Theophil⁹ vo sacro baptismate mistico corpe ꝛ sanḡne xp̄i cōmunicatus est Iperrexit ad xp̄um q̄ glorificat sctōs suos. ꝛ glorificat ipe ī eis. q̄ patri sctōq̄z spūi cōsub stātialis ꝛ coetern⁹ viuit ꝛ regnat de⁹ in scla scl'oꝝ amen.

CCVIII

De sancto wolfgango.

Wolfgang⁹ natōne q̄dē aleman⁹. genere vo ingenu⁹. ab ipis infātie rudimētis deū fōtē vite sitiēs. et sanctispūs grā illustrat⁹. q̄zuis mūdi amatorib⁹ videret ꝓpitiū mag̃ me ritoꝝ p̄rogatiua emincre cepit. Maz reuera necesse est. vt quem mundus odit. diligat a deo. Sanctos viros in boc seculo cōstat pe grinos eē et hospites. Unde ꝛ rep̄bendit pe trus q̄ tabernaculū in monte fieri cogitauit q̄ sanctis in boc mundo tabernaculū nō est quib⁹ patria et dom⁹ in celo est. Sancti viri fundit⁹ scl'o renūciantes. ita huic mūdo mo riunt. vt soli deo viuere delectent. Quantoq̄z ab hui⁹ seculi ꝙuersatione se subtrabūt. tan to interne mentis acie. pñtiam dei et angeli ce societatis frequētiā cōtemplant. Qui ei renūciat reb⁹ suis. sua abnegat. q̄ vo renū ciat morib⁹ prauis. semetip̄m scilz abnegat. Hoc adimpleuit btūs wolfgang⁹. Primū inter canonicos laudabilē et castā vitaz du rerat. Deinde artioribus regulis implicari desiderans. in sueuia apud cenobitas. qui solitarij vocantur monachice vite normaz p̄fessus est. In qua quanto rigore. qualiq̄z obseruantia vixerit. et virtutum suarum exi tus et ostense sibi diuinitus visionis patefe cit prouētus. Nam cum beatus wolfḡā gus adhuc in paterno solo positus. peregri nari pro amore diuino affectaret. et huiusmodi desideriis sanctoꝝ se suffragijs iugiter commendaret. beatum christi confessorem otmarū. cui se suaq̄z frequentissime cōmen dabat. sibi in somnis astare videbat. quē ius sus intendere. ab eo huiusmodi accepit ver ba. Quia rogatus a te. rogaui dñm pro te. manifesto tibi nūc futura quedā. Ipauper ꝛ inops de hac puincia egredieris. sed ī alia in qua p amore dñi exulabis. ep̄atū cadu cis reb⁹ satis locupletē p̄destinatōne diuina su scepturus eris. Cui⁹ in admīstratōe si fidelē te exhibueris expletis. xxij. ānis. vitā trāsito riā eris exitut⁹. ꝛ eternā ingressur⁹. Et ꝟ pro cul dubio scire te volo. q̄ animā tuā ꝓditori redditur⁹ es in loco vbi sub nomine christi a christianis memoria mea veneratur et co litur. Quo me in bora exitus tui de egipto huius mūdi spero aduēturum. cum ceteris quos de ciuibus supernis ad te venturos ꝓsolatores habere mereris. Sctūs igit wolfgangus hac visione pcepta. eo ampli⁹ quo certi⁹ intendebat aciē mētis in speculū diuine ꝓtemplatōnis. reputans iugiter secū qualiter in salute alioꝝ sibi cōcessuz duplica ret talentū. Cui⁹ rei gratia monasteriū ꝛ mo nachum deserens. imo ꝑm aplum maiora emulari charismata cupiens. per alemoniā

deuenit exul in noricū. ad cui⁹ orientalē ptez cū būili comitatu ptendēs. ꝑdicādi grā pā nonie petijt ꝓfinia. e qua p piligrinū patauiensem ep̄m euocat⁹ pie vt decuit būanitatis ab eo suscipit ⁊ fouet officio. Apud quē etiā rogat⁹ē. et iussus māsit aliq̄t dieb⁹. Hoc inē cetera prudēti secū tractās mēte. quare prohibit⁹ sit ab adducēda ad deū pānonioꝝ gēte. Quo cōmoratōis tempe idē ep̄s optime vsus. vtpote q̄ erat apprime eruditus. ⁊ genere nobilissim⁹. clādestina ⁊ maīfesta diuini seruitij obp̄uatiōe. ac assidua sacre scripture īdagatiōe satis ꝓbauit. būc quē susceꝑat pegrinū nō eē gyrophagū. sz stabilē ⁊ vere fidi domesticū. Ān ⁊ quosdam de suis familiariter p eo alloq̄t dicēs. O q̄z felix eccīa q̄ deo volēte isto donabit sacerdote. Ergo necessariū valde videt mihi ⁊ vtile. vt huic famulo dei petam regimē ratisbonensp̄ epi. q̄ optime ꝓuenit sicubi abundat bona volūtas. vt eaz etiā ad bona opa ꝓcedere faciat bene collata facultas. Bonū quippe q̄d hic vir seminare voluit. induratis cordib⁹ paganoꝝ. et salutis obsequiū q̄d repulit cecitas illoruz q̄nq̄z fortassis ꝑ eodē agrū dn̄icū excolente. dabit fructū suū in ꝑlis xp̄ianoꝝ. Ad ꝑ quidā rn̄dentes dixerunt. Quo fieri potest vt iste pauper ⁊ ignot⁹ ad honorē accedat tāti ep̄atus. cū iā aliq̄ alti sanguinis ꝓsone. hūc apud impatorē predijs ⁊ pecunia cōpensātes sibi ꝓtentarūt acquiescere. Quib⁹ ille refert v̄ba p̄derosa. sed nō adeo morosa. Diuina ⁊ būana. valde iter sepbant distare iudicia. Sed scrutatoz cordiū et renū. ab inutio mūdi elegit ꝓtemptibilia et ignobilia vt cōfunderet fortia. Et ecōtrario mūd⁹ q̄d suū ē supbe ad horā extollit. ac in breui cū ꝓfusiōe distollit. Unde opep̄ciū censeo. q̄ mittaz ad marchicomitē. cui⁹ cōsilio multa solet facere impatoz. vt suggeret ei. ne p ambitionem aut simoniacā beresim. quēq̄z ep̄alem sinat accipere dignitatē. sed ob eternā remuneratiōnē. quem humilē et modestū ac eruditū inuenerit. necnō officijs ecclīasticis aptū eē ꝓbauerit hunc cuiuscūq̄z sit ꝓditiōis vel parentele. promoueri faciat ad culmen ecclesie

Ider legationē igitur episcopi. ac suggestiones consiliarij impatoz sue ac ecclīastice vtilitate admonit⁹. imo q̄d verius est nutu dei cuius in manu est coz regis. Princeps bonus. otto scd̄s. animo mutat⁹. omēs qui p eod̄ ep̄atu adipiscēdo laborabāt. auertit. ⁊ se totum ad electionem venerandi viri cōuertit wolfgangi. Dicq̄z legatos post eū celeriter mittit. Qui vt missi fuerant pergentes. inuenerūt eum cū prenoīato ep̄o cōmorantem. sed iam ad patriam repedare cogitantem. Beatus aūt wolfgang⁹ ignar⁹ erat legationis imperatoris et ceterarum rerū p se gestarum. et idcirco animum intendebat aliorsum Cūq̄z legati quare venerint ei indicarent. p̄mū recurrit ad secretariū cordis. se suaq̄z deo cōmendans in intimis. deīde episcopo piligrino. cui⁹ caritate ibi detent⁹ erat cām suā exponēs. id q̄ grauabat tempamēto leuiabat simplicitatis colūbine. ac prudētie serpentine. atq̄z in būc modū ploq̄tur dicēs. Hoc nouū q̄d mihi p nuncios impatoris dn̄i ottonis scd̄i venit. caritas tua efficit cui p̄miū bone volūtatis absq̄z dubio erit. sz mee paruitati timorē incutit. q⁹ nescio si voluntas dei sit Et q⁹ mund⁹ sub specie religionis multos ad vicia trahit. Cui rn̄dens ep̄s dixit. Q⁹ dicis te timere. ꝑ mentis est ꝓuide Sed hāc in bonā spem erigit psal̄. qui dicit Initium sapientie timor dn̄i. Et iterum. Timor dn̄i sctūs ꝑmanēs in scl̄m scli. Talia q̄z pontifice ploquente. vir venerand⁹ wolfgangus. p mentis speculatōnem. dispensationis diuine intuēs moderamen. subsequitur dicēs. Ecce seruus dn̄i fiat mihi ꝑm v̄bū tuū. Tūc arrepto itinere cum bis q̄ missi fuerant ab impatoze. tetendit in partes occidētales bauarie. Cunq̄z ꝓuentum eēt ad regiā ciuitatem. clerus ⁊ popul⁹ ꝑm morem ecclesiasticum vnanimiter vt imperator petijt. sanctū wolfgangum elegerūt atq̄z cum vniuersali electōne ad curiā eum regiā miserūt Cūq̄z in p̄ntiam cesaris eēt delatus ante pedes e⁹ prostrat⁹. se dixit indignū. indoctum. ignobilem. sub monachali pfessione degentez. sine licentia sui abbatis nihil accipere debere. Postremo ne locum sanctum vilitate violaret iplorauit. Impator āt videns eū deji

fice renuentē. magis de ꝓbitatis ei⁹ dignate
cert⁹. q̄zuis reluctāti. multū qz gemēti ep̄atū
ꝓmēdauit. Deinde cū comitatu fideli m̄ro-
rū remiss⁹ ratisbonā ē igress⁹. ibiqz cū cāticis
leticie suscipit. atz more pōtificū ītronizat⁹ a
clero ⁊ ꝑplo sūmo pastori cōmēdat. necnō a
friderico archiep̄o. illiusqz suffraganeis ꝑ
aliq̄t dies ī sacerdotē aplicū ibidē ꝓsecratur
Igit̄ ꝑ m̄ta pietatis ⁊ eq̄tatis opa. q̄b⁹ deo
ꝑuire studebat febricitare cepit. quā corporis
molestiā. illi q̄ nescit occasū sedulis ꝑcib⁹ vi-
te sue ꝓmēdauit excursū dicēs. De⁹ miseren
dignet̄. ⁊ mihi misero pctōri. morientī ꝯ Beūti
⁊ cuiqz eā timide ac būiliter aspicienti. Hec cū
dixisset. reuerenter oculos clausit. ac velut in
somno pausans. ꝑdie Kalendō. nouembriuz
in pace quieuit.

CCIX

Miraculū de sancta Katherina.

Episcop⁹ quidam
mediolanensis sabin⁹ noīe. vtute ve-
nerabil̄ sic refert petr⁹ rauēnensī li
bro gestor̄ notabiliū. p⁹ matrē dñi vginē ka
therinā i ꝑcipua deuotōe bēbat. bāc et̄ abin
fātia sibi spōsā elegerat. ⁊ ipaz oīb⁹ sacris vir
ginib⁹ ꝑferre solebat. vtpote adiutricez fide-
lissimā. Cū igit̄ ꝑdict⁹ ꝑsul vltra mare naui-
gasset cū abbate theodoro de mōte cassino.
⁊ duob⁹ capellanis ⁊ milit̄b⁹ ⁊. xv. suis. ⁊ se
pulcrū dñi visitasset. mōtē syna simil̄ adiert.
Et ecce dux q̄daz turcor̄ ferocissim⁹ hostis
xp̄ianor̄. a soldano rediēs cū mīt̄is armatis
ep̄o i pede mōtis occurrit. c⁹ comitiuā vt vi
dit atrocit̄ mox ꝑmit dicēs. Sic̄ feci familie
sic faciā dñis. Qđ cum dict⁹ ep̄s ⁊ abbas vi
dissēt. cepert̄ duce rogare dicēte. Liceat q̄su
mus nob mōtē ipi⁹ ꝑpus ascende ⁊ gl̄ose vgi
nis tūbā visitare. deinde q̄cq̄d tibi placuerit
sustinebim⁹ patient̄. Quib⁹ rñdit. Necesse
ē hac vice vt mea ñ vrā volūtas fiat. ⁊ ꝓfest̄
ꝑcepit vt lingua. oculis. aurib⁹. narib⁹. ma
nuū ac pedū sūmitatib⁹ vterq3 ꝑuaret̄. sicq3
adhuc semiuiui in iumēris ad tumulū vebe
rēt dixitq3. Nūc q̄d vob valet hui⁹ sepulcri
visitatio. Et adiecit. Cū mēbra vob renascūt
q̄d impossibile ē. tunc absq3 dubio dei vī le
gib⁹ adherebo. Cū ergo ad tūbā vgīs venis
sent. abbas ꝑtinuo expirauit. Ep̄s vo sic̄ po
tuit ꝑces fudit. Et ecce circa noctis mediuz
mōs tot⁹ vehement̄ ꝓtremuit. tātusqz terror
ac pauor ducē ī uasit cū suis vt inde fuge vel
let̄ nec valerēt. Ꝑdostea vo p triū horar̄ spa
cia tāta lumīs redūdantia ibidē resplēduit.
vt non solū vicini sed et̄ saraceni in remotis
ptib⁹ ꝓstituti. horas eadē vigilātes die claraz
crederēt eē factā. ⁊ ipm montē syna in solem
ꝓuersū estimabant. Interea vgo katherina
de tumulo ꝓcessit. et triste caput sue amato
ris tactu blando ꝑmulcēs. ꝑmo oculos. au
res. nasum. ⁊ linguā. deinde mēbra oīa dolo
rosa ꝑungens ꝑstine restituit sanitati. Cuz
vir dei gl̄osam vginē corpalib⁹ cerneret ocu
lis. ineffabili gaudio replebat̄. sz fulgorē pul
critudinis ei⁹ ferre nō valēs ad pedes ei⁹ ce
cidit. quē ipa stati ꝑcipiēs eleuari. Hāc duo
pulcerrimi iuuenes iuxta eā stabāt. ipm de
terra eleuabāt. cui vgo. Scire debes mi ca
re. q̄ amator me⁹ ⁊ sponsus meus ihs xp̄us
hic ⁊ ī futuro te et oēs honorantes me para
tus ē honorare. Et q⁹ ꝑdidisti ꝓpter me lin
guā tuā. vix in ꝓpo ydeomate expeditā. ecce
cōmodaui tibi meā in greco ⁊ latino perfec
tissimā. Ꝑdeterea oēs aīas familie tue nouē
ris eē in sinu abrae. Facto insup die crastina
cū missarū solēnia celebraueris. lecto euāge
lio singula mēbra abbatis de oleo q̄d sudat
de tumulo meo punges. sicqz suscitabitur. ⁊
anteq̄z diuinū officiū cōpleas. ad vigorem ⁊
statū ꝑstinū reformabit̄. His dictis vgo be
atissima dextrā pontificis apprehēdit. dās q3
illi anulū ꝑciosū. et cartulā aureis lris scp̄tā
et disparuit. et miri odoris ibidē fragrātia re
māsit. Cartula vo tres vbor̄ lineas bēbat. ⁊
hec ordinē ꝓtinebat. prima linea. Sabine
be lrē sūt int̄ me et te signa dilectōis ꝑpetue
Scecunda. Fecit tibi meritum ingēs dolor.
faciet tibi gaudium vehemēs amor. Tertia
Bucē baptizabis san⁹ ad ꝑpa remeabis. sic
q3 decēnio expleto. laudabilit̄ mecū eris ī ce
lesti palatio. Tūc vir īmēsas grās et laudes
deo reddidit ꝑ tam ineffabili ꝓsolatiōe. quā
et exhibuerat pītia vgīs gl̄ose. Facto igitur
die dux montē ascēdit. et cū ep̄um ad altare

procedentē.videntē.loquentē.7 oīa mēbra i: tegralit̄ habentē cōspiceret.obstupuit vebe mēter. Tūc lecto euāgelio pñte duce.epūs mēbra abbatis q̄ i medio posit9 erat vngēs p ordinē abbas oīb9 vidētib9 rediuiu9 appa: ruit. Sicqz mēbris oīb9 renascētib9. anteqz diuinū officiū pficeret plenissime sanat9 est q̄ viso miraculo dux lacrimis pfūdit̄.corde ppūgit̄.7 amplectit̄ fidē.7 cū mltis nobilib9 pfecte credētib9 ab epō baptizat̄.q̄ cū bedib9 careret scl'o renūciauit.terraz suā vēdidit.et bonā portionē frīb9 i mōte syna degentib9 tradidit.romā cum epō 7 abbate 7 alijs mlt̄: tis deuotiōis grā veit.multa auri pondera secū deferēs paupib9 tribuit. Deinde ad cō siliū sancti sabini.famosissimū monasteriū vginū q̄d dr̄ aula dei i honore btē katherine fūdauit.q̄d i mltis possessiōib9 7 diuitijs am pliauit. Postremoi mōte cassino mōachā: lem habitū suscepit.ibidēqz xpō regi. sueqz matri.7 btē katherine q̄zdiu vixit deuotissi: me militauit. Sctūs vo sabin9 cū post decē: niū ad extremū venissz dignū do spūm effla uit.sed cū lingua ei9 in ore ei9 mīme appare: ret.nulli dubiū q̄n vgo gl'osa eaz tulit.q̄ suo deuoto eā per decenniū mutauit. In b9 q̄z glorios ep̄i memoriaz anul9 7 caliba apud mediolanū vsqz hodie seruant̄.

CCX

De sctō Ludouico rege francor̄.

Ludouic9 dicitur q̄i lucē donās.seu lucis dator. Int̄: pt̄at̄ et q̄ntū ad vltimā noīs ptem custos. Icos ei grece dr̄ custos latine. Fuit ei seuer9 custos vbi dei.vt ex ei9 gestis demon strat̄. Fuit et puigil custos exercit9 sui in tra 7 mari.ac et in ipo cōflictu certamis. Vñ de eo i eccīa canit̄. Ludouic9 ex noie lucis dator exp̄mit̄ et custos i certamine pñtis vite po nitur.

Beatus ludouic9 quondā rex frācorū illustris.prēz habuit xp̄ianissimū regē noīe ludouicū. B d albigesio et comitatu tholosano Beticos debellauit.7 be reses extirpauit. Et dū reuertet̄ i frāciā migr̄: uit ad xp̄m. Duer igit̄ scē indol'e prē strenuis simo sic orbat9. sub tutela mris vicz blācbe regie q̄ndā reg̃ castelle filie remānsit. Quem ipa tenerrime diligēs sb custodia spāl'mgrī 7 psilio religiosor̄ maxie ordīs fratrū p̄dica tor̄ 7 minor̄ morib9 7 scia lrār̄ tradidit im buendū. Atq̄e velut alt̄ salomon puer ingeni: os9. 7 bonā sortit9 aniaz. sup coetaneos su os pfect̄ valō laudabilit̄ virisqz. Cui9 scitari gaudēs pia mat̄ pluries dicebat eit̄. Pol9 vellē fili carissime te morte icurrere tpalē. q̄z paliq̄d pcim mortale te tu ū offēde creatorē Qō vbū deuot9 fili9 i aīo sic firmauit q̄ diui na comitāte grā a vicijs abstinēs ad culmē vtutū pueniss̄e ab oīb9 cēseret̄. Be hīc diuīa puidētia ne tā nobl'e regnū regali succession̄e careret.vxorē duxit.d q̄ susceptā sobolē gene rosā vir sctūs sūmo ope studuit educare.do cēs eos supoīa timere deū 7 ab omī pctō iu git̄ abstinere. Herta q̄z d rosis seu alios ca pellos eos portare sextis ferijs phibebat p: pt̄ coronā spineā tali die īpositā capiti salua toris. Ipe vo exēplo apli corp9 suū castigās. 7 i puitutē redigēs castigatiōe mlt̄iplici suo spū puire cogebat.mlto tpe ciliciū ad carnē applicās. Jeunabat q̄z oī tēpe sextis ferijs et maxie i aduētu 7 q̄dragesima.i q̄b9 a piscib9 7 fructib9 abstinebat laborib9 vigilijs orōib9 7 alijs secretis abstinētijs 7 disciplinis iugit̄ se affligēs. Quolibz et sabbato pstueu erat in loco secretissimo q̄rū dā paupex ppr̄ijs ma: nib9 abluere pedes 7 dein de tergere. ac būlit̄ oscular̄i.silit̄ 7 man9 cuilibz certā sūmā pecu nie tribuēdo. Pluries et cētū vigīti paupi: bus q̄ i curia sua oī die reficiebāt abūde 7 vi gilijs solēnib9 ac q̄busdā certis dieb9 pānuz ducētis paupib9 añq̄z ipe comederet manu ppa fercula mīstrauit. Spei i prādior 7 cena ppe se tres senes paupes recūbentes bībat q̄b9 de cibis sibi appositis caritatiue mīstra: bat.xp̄m pauperē i suis paupib9 venerādo. d q̄x reliquiss comedē n horrebat. Scarleto et seu bruneto aut viridi vel alia veste pōpo sa vti nolebat.nec pell̄ib9 varijs aut nimiuz sūptuos.maxie post q̄z de ptib9 trāsmarinis rediit pma vice. Bilatōez vo fidi ardēti de: siderio cupiebat. Vñ tāq̄z ver9 amator fidei et zelator tres frēs suos cōmilitōes ac maio

¶ De sctō Ludouico rege francorum.

res regni barones. ⁊ milites secū ducēs cū exercitu maxīo applicuit in egiptū. Ubi multa īse ⁊ suis mala ppessus. debīc ab hostib⁹ captꝰ ac carceri mācipatꝰ modico tandē pcio q̄d mirabile ē redēptꝰ fuit ⁊ liberatꝰ Eductꝰ itaq; de carcere p q̄nq; āños īsiria remansit mltos saracenos ad fidē q̄uertens. ac captiuos xp̄ianos redimens. q̄r corpa plerūq; p prijs manib⁹ sepeliebat. Ubi q̄nta p fide xp̄i ī hac pegrinatōne ac eī ī alia q̄ scdo trāsfreta uit sustinuit. nisi q̄ affuit. aut maiora volumina īspexit. nemo sufficienī mente ppendit Que q̄ī historiali ćca finē satis diffuse narrat vincēti⁹. vbi ñ d auditis relatu. sz suo tpe gestis fidē facit. breuitatis grā dimittuntur.

¶ Hostmodū vo audita morte regīe mris sue baronū suoꝝ psilio redire ī frām acquieuit. Et dū eēt ī mari. nauis īpm deferēs bina īpulsiōe ad rupē tā fortit ē collisa q̄ a nautis ⁊ alijs pitura credēt. Tāta igit̄ pcussiōe pītus sacerdotes clerici ⁊ alij sctm regē inuenerūt orantē corā sacro corpe dñi xp̄i. Et fuit eoꝝ oīm firma fides q̄ ei⁹ meritis ⁊ p̄cib⁹ eos omp̄s ds a mortis piculo liberasset. Reuersꝰ itaq; ī frām. cū ineffabili gaudio ab oībus ē receptꝰ. Hic ex tūc de vtute ī vtutē pficiēs ad oīmodā vite pfectōz pueīt. Tūc ei cepit fundare hospitales domos pauperꝝ. religiosoꝝ edificare mōasteria claustra dormitoria ecclesias. loca ⁊ alia edificia opportuna Cecit. biguinis, filiab⁹ dī fere ī oī ciuitate regni cū certis elemosinis de locis ⁊ domibus sibi ꝓpetēt⁹ p̄uidit. Plura ei mōasteria diuersoꝝ ordinū ab ipō fundata ex toto magnis dotauit redditib⁹. Inī q̄ abbatiā regal' mōtis cisterciēs ordis magfice fūdauit ⁊ dotauit. In q̄ fel'. q̄d mirabile ē dictu cuidā monacho leprosо ī q̄dā prādio flexis genib⁹ cibū ⁊ potū ī os ei⁹ imittēdo hūilit mīstrauit. abbate ⁊ q̄ aderāt ī lacrimas p̄rūpētib⁹ ac p̄ horore vix vide valēt ib⁹. Precipua ei dūotōe sctās venerabat reliq̄as. ⁊ dei cultū ⁊ honorē iugit̄ augmētabat. Pariſi⁹ siq̄dē in regali palatio capellā specioſissimā ꝓstruxit ī q̄ sacrosctāz coronā dñi spineā ⁊ maxīaz ptē scē crucis ferrūq; lācee q̄d lat⁹ apuit saluatoris cū plurib⁹ alijs reliq̄is dignissime collocauit. q̄s a ꝓstātinopolitāo īpatore recepat cū īmēsis laborib⁹ ⁊ expensis. Oppc bria vo fidei xp̄iane audire ñ potat. sz zelādo zelū dī q̄uit punicbat. Uñ q̄ndā ciuē pisiensē q̄ turpit̄ iurādo xp̄m blasp bemauerat in pcīī penā ⁊ alioꝝ terroꝝ ferro cādēti in labijs suis cauterisari p̄cepit dicēs. Uellē q̄d vixero in labijs meis talez īdecētiā sustinere. dūmō ℔ pessimū iuratōis vicīū de regno nrō penit⁹ tolleret. Filr saracenis petētib⁹ ī pactōe de soluēda pecūia p se ⁊ suis addere. q̄ fidē xp̄i negaret si pactū ñ teneret facere ꝓstāt dene gauit. Et psuadētib⁹ q̄ aderāt q̄ ℔ sine pctō facere p̄t. rñdit. Tātū horreo vbū d negāda fide et sub ꝓditōe audire. q̄ nō possē illō exp̄mere sono vocis. Ibidē et q̄ndā nobilē saracenū q̄ recenī soldanū occiderat facere militē recusauit dicēs. q̄ nec p̄ morte nec p vita īfidelē quēq; insigniret balibeo militari. In tāta et veneratōe bēbat sigculū scē crucis. q̄ desup calcare nolebat. ⁊ a plurib⁹ religiosis exegit. vt in claustris eoꝝ. ī tūbis cruces ñ insculperēt. ⁊ īsculpte p̄ūs raderēt. In regimine vo ita prudēt se gerebat. q̄ absq; psonaꝝ acceptōe iusticiā reddebat vnicuiq;. Timēs vo ne cause pauperꝝ vir ingrederēt ad iudices. bis ī bebdomada audiēdo ꝓq̄rētes īloco patēti se ponebat. ⁊ eos celerit̄ q̄ntū poterat expediri faciebat. Et q̄n negociū fidei p̄ platos seu inq̄sitores deferebat ad eū. oīb⁹ alijs postpositis faciebat q̄zcit⁹ expediri. Duella vo tāq; a iure p̄hibita cuiusq; istātia nō admittebat. sz p̄ aliā viā iuri ꝓsonā et magnum maleficia p̄nicbat Statuit isup ad abolendō vsuras vt obligatos iudeis aut alijs publicis vsurarijs null⁹ iudex cōpelleret ad soluē dū. Et q̄ pacē opat iusticia dedit sibi de⁹ pacē ⁊ regno trāq̄llitatē. Tāde p⁹ mltoꝝ āноꝝ spacia audiēs desolatōz terre sctē. ⁊ mala xp̄ia ne gētis ferre ñ valēs cū filijs suis ac regni comitib⁹ ⁊ magnatib⁹ scdo transfretare disposuit. In q̄ trāsfretatōe diē suū vltimū appropinquare videns. filios suos admonebat. vt p eccīa dī ⁊ defensiōe terre scē vt ipe faciebat oī vtute īsisterēt. Currēte igit̄ nauigio vsq; tunicū ⁊ exercitu suo libere capiēte portū ī affrica. carthagis castrū. ⁊ adiacētem regionē vi

armoꝝ cepert. Beinde ĩter cartbaginẽ ⁊ tu nicũ fixerant tẽtoꝛia. ibi aliq̃ diu moꝛaturi. Illic ergo bẽs ludouic⁹ post tot laudabilia ỽtutũ opa p⁹ tot laboꝛiosos agones q̃s p fi⸗ de xp̃i indefesso aĩo tolerauerat diſponente deo q̃ labores ſuos voluit felicit̃ ꝓſũmare. et labꝝ ſuoꝝ fructũ retribuere. lecto decubuit febꝛe ꝓtinua fatigat⁹. Inualeſcente igit̃ moꝛ bo. ſana mẽte ĩtegro aſpectu atq; auditu oñs ac ſcẽos ĩuocãs deuote ſuſcepit oĩa eccl̃iaſti ca ſacramẽta. Bemũ ad extremã boꝛã veni ens. ⁊ ſup ſtratũ cinereũ recũbẽs. ỽba pferẽs vltima pte ĩ man⁹ tuas dñe cõmẽdo ſpũm meũ. Anno dñi. m. cclxx. boꝛa nona feliciter migrauit ad xp̃m. Coꝛp⁹ ỽo illi⁹ delatũ fuit ad ſepulcrũ patꝝ ſuoꝝ apud ſcm̃ dioniſiũ ĩ frãcia. vbi ⁊ et alibi in diuerſis mõi ptib⁹ cre bꝛis coꝛuſcat miracul̃. In die ſepulte e⁹ q̃dã mulier ſagiẽs dioceſ viſũ quẽ ꝑus pdiderat recuperauit oĩno meritis et p̃cib⁹ pij regis

Quidã iuuenis de burgũdia ſurd⁹ ⁊ mu tus a natiuitate cũ alijs veniẽs ad ſepulcrũ ei⁹ put videbat alios facere nutib⁹ exterioꝛi b⁹ ſci ſuffragiũ ĩploꝛabat. Et cũ ibi aliq̃diu pmãſiſſet. aperte ſũt aures ei⁹ ⁊ ſolutuꝝ vĩcu lũ ligue e⁹. Et q̃ nũq̃ gallicũ audierat. pure gallicũ loq̃bat. Et cũ audiuit ꝑmo cãpanaſ pulſari. maxio ẽtoꝛe pterrit⁹. putabat totaꝝ eccl̃iaꝝ ſup ſe ruituꝛã

Anno q̃ bẽs ludoui⸗ cuſ fuit aſcẽpt⁹ ſcõꝝ catbalogo ĩ diuerſ ptib⁹ ad ĩuocatõem ĩpi⁹ mlta ꝓtigerũt miracula Ebꝛoicis nãq; pueꝝ q̃ndã ppe q̃ddã molen dinũ ſbmerſũ parẽtes mltis ſcõꝝ ſuffragijs cõmẽdauert. Uerũ oĩpotẽti do miſericoꝛdi ter diſponẽte mirificare ſcim ſuũ voꝝ ĩtonu it. vt puer p̃dict⁹ bt̃õ ludouico deuoueretur Quo ſtatĩ ad eccl̃iaꝝ fratꝝ p̃dicatoꝝ nup in honoꝛẽ beati ludouici fundatã cũ ſolitis ob latõib⁹ delato ꝓfestim viuus apparuit.

CCXI

Legenda ſcti Thome de aquino.

Thomas interpꝛe⸗

tat abyſſ⁹. vel gemin⁹. vel diuiſus vel ſiḡ⁹. ſiue ꝓſũmat⁹. Fuit ſiquid̃ ſctus doctoꝛ thomas velut abyſſ⁹ pfũdiſſi ma. Sciẽtia ei ⁊ ſapĩa pfũdiſſim⁹ extitit. Iõ q; ñ ĩmerito aq̃nas ex noĩe patrio dictus ẽ. q̃niã doctrine celeſtiſ aq̃s nact⁹ ẽ abũdãtiſſi mas. ppt̃ q̃d illd̃ eccl̃i. xv. ſcptũ de eo dici põt Aqua ſapiẽtie ſalutaris potauit illũ d̃s. Et apoc̃. xxij. Ondit ãgel⁹ fluuiũ aq̃ viue ſplẽdi dũ tãq; criſtallũ. pcedẽs de ſede dei et agni. Et puer. xx. Aqua pfũda ꝓſiliũ ĩ coꝛde viri. Ulut certe aq̃nas ex eo dici p̃t. q ex aq̃s mun dane vãitatis ⁊ ppe natiuitatis educt⁹ p re ligioſã vitã reſtitut⁹ ẽ matri eccl̃ie moiſi figu ra. Fuit et gemin⁹ deuotõis decoꝛe. ⁊ ĩtelligẽ tie claritate. Inſup diuiſus fuit a mũdanis cupiditatib⁹ ⁊ põpis. religionis vitã ſacerri mã ducẽs. Beniq; fuit ſignat⁹. aut ꝓſũma tus oĩm ỽtutuꝝ ſplẽdoꝛe. quappt̃ bñ ẽ nũcu pat⁹ thomas. q̃d p̃t ĩterp̃tari q̃i thau mcũ. i. ſignũ meũ. vel ꝓſũmatio mea. Be⁹ eĩ tantis eũ illuſtrauit atq; pfudit grẽ donis. vt veꝝ di ſignũ atq; ꝓſũmatio. i. pfecta dei opatio eẽt. Cui⁹ biſtoꝛiã ⁊ vitã q̃dã eps lodonẽſ ꝓſcpſit Feſtiuitas ãt ei⁹ celebꝛat nonis martij. q̃ die migꝝt ex hac mũdo ad ppetuã gloꝛiã.

Anct⁹ thomaſ d̃ aq̃no ordis p̃dica toꝝ doctoꝛ egregi⁹. nobilib⁹ oꝛtus pgenitoꝛib⁹ lãdolpho pr̃ẽ d̃ domo ac illuſtri pſapia comitũ aq̃noꝛũ ꝓfinib⁹ cã panie et regni cecilie. matre theodoꝛa d̃ nea politana ſtirpe exñte duxit oꝛiginẽ. Qui peꝛ ſcm̃ Bemitaꝝ bonũ noĩe. matri ſue fuit p̃nũ ciat⁹ ex noĩe naſcitur⁹ magn⁹ ĩ oꝛbe. Natuſ q; fuit ãno dñi. Mb. ccxxv. Hic exiſtẽs ĩfãtu lus cũ a cunis pbalneo ſolueret. nutu diuĩo cartulã q̃ndã bumi iacentẽ. ĩ q̃ ſalutatio an gelica ꝓtinebat̃ bꝛachiũ nemie iuuãte exten dẽs accepit cui vix mater eripe potuit. Hic puer q̃nq; ãnoꝝ exiſtẽs miſſus fuit a pẽtib⁹ ad monaſteriũ mõtis caſſini. eruditẽdus in ꝑmis lr̃ãꝝ elemẽtis ⁊ moꝛib⁹ ĩbuẽdus. Cuꝝ ãt ſeptẽ ãnoꝝ eẽt miſſus ẽ neapolĩ ad ſtudiũ artiũ liberaliuꝝ. Qui tãte celeritate naturaĺ ingenij oẽs artes didicit ĩ ſeptẽ ãnoꝝ ſpacio. et p̃cellẽs oẽs ĩgenio ⁊ laboꝛe cũctis erat ad mirabil̃. Cũ ãt eẽt. xiiij. ãnoꝝ ỽgo electus a dño ĩtrauit oꝛdinẽ ſacratiſſimũ fratrũ p̃di catoꝝ. Hic et eodẽ ãno q̃ ĩtrauit oꝛdinẽ. cũ p frẽs oꝛdis p̃dicti fuiſſẽ romã pduct⁹. ⁊ de ro ma p tuſciã piſi⁹ duceret. vt a ſuis elongaret

